873
R113b

UNIVERSITÀ DEGLI STUDI DI BOLOGNA
FACOLTÀ DI LETTERE E FILOSOFIA

STUDI

PUBBLICATI DALL'ISTITUTO
DI
FILOLOGIA CLASSICA

Macfarlane, Roger
3010 JKHB

BYU Interlibrary Loan

TN 303777 Lending Library: OKU
Title Bellum Actiacum : e Papyro Herculanensi 817 /
Author

Due Date: **10/25/02** Pieces: **1**

ILL Office Hours Monday - Friday 8:00am – 6:00pm
Phone (801) 422-6344

PLEASE RETURN ILL ITEMS DIRECTLY TO ILL

BOLOGNA
NICOLA ZANICHELLI · EDITORE
1958

STUDI PUBBLICATI DALL'ISTITUTO DI FILOLOGIA CLASSICA

PREZZO LIRE 2.200

UNIVERSITÀ DEGLI STUDI DI BOLOGNA
FACOLTÀ DI LETTERE E FILOSOFIA

STUDI
PUBBLICATI DALL'ISTITUTO
DI
FILOLOGIA CLASSICA

V.

BOLOGNA
NICOLA ZANICHELLI - EDITORE
1958

C. RABIRIVS

BELLVM ACTIACVM

E PAPYRO HERCVLANENSI 817

EDIDIT

IOANNES GARVTI



BOLOGNA
NICOLA ZANICHELLI - EDITORE
1958

UNIVERSITY OF OKLAHOMA
LIBRARY

LIBER LEGVM TVTELAE SVBIECTVS EST

Ex typis « Stab. Tip. Edit. Bassi & Nipoti - Modena » XI-1958

873
R113b

INDEX

Editiones . . . . . p. IX
Nominum et librorum compendia . . . » XI
Praefatio . . . . . » XV
Bellum Actiacum . . . . . » 1
Commentarium :
Fragmenta minora . . . . . » 51
Columnae . . . . . » 70
Fragmenta e litterarum testimoniis tradita . » 87
Index verborum . . . . . » 88
Index grammaticus . . . . . » 105

Quod opus difficile sane nec breue Ioanni Garuti instituendum non sine aliqua spe proposueram, id ab optimo iuuene tanta doctrina tantaque diligentia perfectum exaedificatumque uidi, ut publicare non dubitarem. Ipse enim suis oculis semel atque iterum papyri reliquias inspexit, uetustate conglutinata dissoluit, disiecta in ordinem, quantum fieri poterat, reduxit, rerum notitias collegit, obscurissimos locos saepe dilucidos, saepius illustriores fecit; omnibus denique boni grammatici muneribus functus, ab intellegendo non abstinuit, diuinare fugit: quod fortasse difficilis operis pars fuit difficillima.

Bononiae kal. nou. MCMLVIII.

IOANNES BAPTISTA PIGHI

EDITIONES

N. CIAMPITTI, *Herculanensium Voluminum quae supersunt*, Tom. II, Neapoli Ex Regia Typographia 1809, p. XVII sq. (editio princeps).

R. HEYNE, *Göttingische gelehrte Anzeigen*, 1811 n. 64-65, 638-41.

C. FEA, *Q. Horatii Flacci opera... emendavit notisque illustravit... Carolus Fea*, I (Romae Hered. Raggi 1881) p. XIV sq. — Hanc partem rettulit Fr. H. Bothe, Q. HOR. FLACCI *Opera... denuo recens. ... Fr. H. Bothe*, II (Heidelbergae Osswald 1821) p. XX sq.

K. MORGENSTERN, *Reise in Italien im* 1809, Leipzig Kummer 1813 p. 156 sq.

J. TH. KREYSSIG, *Carminis Latini De Bello Actiaco sive Alexandrino fragmenta ex Volumine Herculanensi nuper evulgata recognovit Joannes Theophilus Kreyssig*, Schneebergae Typ. Fuldianis 1814 (*Kreyss.*).

—, *Commentatio de C. Sallustii Crispi Historiarum lib. III fragmentis... atque Carminis Latini de bello Actiaco sive Alexandrino fragmenta, ex volumine Herculanensi evulgata*, Misenae Klinkicht et fil. 1835, p. VIII sq.; 175 sq. — In eodem uolumine ille rettulit *Ciamp.-Orelli* (119-152), *Fea* (153-6), *Mont.* (157-174) (*Kreyss.* [1]).

K. ORELLI, *Epicuri fragmenta librorum II et XI De natura in voluminibus papyraceis ex Herculano erutis reperta... emendatius edidit... Io. Conradus Orellius*, Lipsiae W. Vogel 1818, p. VIII sq.

C. I. MONTANARI, *Frammenti di Rabirio poeta da C. Ignazio Montanari tradotti e illustrati*, Forlì Matteo Casali 1830.

R. MERKEL, *Publii Ovidii Nasonis Tristium et Ibis... adnotavit et praefatus est R. Merkelius*, Berolini G. Reimer 1837, p. 331 sq.

A. E. Egger, *Latini sermonis vetustioris reliquiae selectae... par A. E. Egger*, Paris L. Hachette 1843, p. 313 sq.

A. Riese, *Anthologia Latina*, II (Lipsiae B. G. Teubneri aed. 1870) n. 482 (*Ries.*).

—, *Anthologia Latina*, I (Lipsiae B. G. Teubneri 1894 [2]) p. 3 sq. (*Ries.* [1]).

Aem. Baehrens, *Poetae Latini Minores*, I (Lipsiae B. G. Teubneri 1879) p. 212 sq.

A. Baeckstroem, *Zurnal Ministerstva narodnago prosvjescenja*, 1902 3-4, 283-93; 329-49.

G. Ferrara, *Poematis latini reliquiae ex volumine Herculanensi evulgatae, Denuo recognovit, nova fragmenta edidit Ioannes Ferrara*, Papiae ap. Officinam Typographicam Cooperativam 1908. (*Ferr.* [1] in Praef.; *Ferr.* in comm.).

NOMINVM ET LIBRORVM COMPENDIA

(In hoc conspectu compendia nominum, librorum, disputationum prolata sunt quae uel toto opere saepius memorantur uel maximi uidentur momenti, alia nonnulla infra passim afferentur).

Alf. = Alfonsi, L., Nota a Rabirio. Aegyptus 24 1944, 196-201.

Baeck. = Baeckstroem, A.: uid. Editiones.

Baehr. = Baehrens, E.: uid. Editiones.

Bard. = Bardon, H.: La littérature latine inconnue, (I L'époque répubblicaine), II L'époque impériale. Paris 1952-1956.

Bassi = Bassi, D., Papiri Ercolanesi disegnati. RFIC 41 1913, 427-64.

Bassi [1] = —, I Papiri Ercolanesi Latini. Aegyptus 7 1926, 3-4, 203-214.

Batt. = Battelli, G., Lezioni di Paleografia. Città del Vaticano 1949 [3].

Beck. = Becker, J., C. Rabirius und Albinus. Zeitschr. für die Alterthumswissenschaft 6 1848 nr. 75 col. 597-8.

Boccad. = Boccadamo G., L'officina napoletana dei papiri Ercolanesi. C. Catt. 104 1953, 1, 312-20.

Boccad. [1] = —, I papiri Ercolanesi e la filosofia epicurea. C. Catt. 104 1953, 2, 275-87.

Cald. = Calderini, A., Manuale di papirologia antica greca e romana. Milano 1938.

Cenc. = Cencetti, G., Lezioni di paleografia latina. Bologna 1941-42.

Cenc. [1] = —, Lineamenti di storia della scrittura latina. Bologna 1954.

Ciamp. = Ciampitti, N.: uid. Editiones.

Comp. De P. = Comparetti, D., De Petra, G., La villa Ercolanese dei Pisoni. I suoi monumenti e la sua biblioteca. Torino 1883.

De. Valle = Della Valle, G., Filodemo di Gadara e la villa Ercolanese dei papiri. Atti del IV Congr. internazionale di Papirologia, Milano 1936 p. 313-19.

Dick. = Dickson, Th. W., Lost and unwritten epics of the Augustan poets. TAPhA 1932, 52-61.

Dick. [1] = —, Unwritten and lost epics of the Augustan poets. CJ 30 1934-35, 5, 278-86.

Egg. = Egger, A. E.: uid. Editiones.

Egg. [1] = —, Examen critique des historiens anciens de la vie et du regne d'Auguste. Paris 1844.

Ellis = Ellis, R., On the fragments of the latin hexameter poem contained in the herculanean papyri. JPhilol. 16 1888, 82-86.

Fea = Fea, C.: uid. Editiones.

Ferr. = Ferrara, G., Sul papiro ercolanese latino 817. RFIC 35 1907, 466-71.

Ferr. [1] = —, uid. Editiones.

Gall. = Gallavotti, C., La custodia dei papiri nella Villa suburbana Ercolanese. Boll. R. Istitut. Patol. del libro 2 1940, 2, 53-63.

Gall. [1] = —, La libreria di una villa romana ercolanese. ib. 3 1941, 4, 129-45.

Gomp. = Gomperz, Th., Herculanische Studien, I Leipzig 1865.

Groag = Groag, E., Beiträge zur Geschichte des zweiten Triumvirats, Klio 14 1914, 43-67.

Haube = Haube, O., De carminibus epicis saeculi Augusti. Diss. Vratislaviae 1870.

Heyne = Heyne, R.: uid. Editiones.

Ihm = Ihm, M., Zum Carmen de bello Actiaco. RhM 52 1897, 129-31.

Ihm [1] = —, Lateinische Papyri. Centralblatt für Bibliothekwesen 16 1899, 341-57.

Kreyss. = Kreyssig, J. Th.: uid. Editiones.

Kreyss. [1] = —, uid. Editiones.

Lieb. = Liebich, W., Aus der Arbeit an den Papyri von Herculaneum. Wissenschaftl. Annalen 2 1953, 304-13.

Lowe = Lowe, E. A., Codd. Latt. Antiquiores, III Oxford 1938.

Mallon = Mallon, J., Rec. ad *Lowe* de quo supra, in BECh C 1939, 159-64.

Mar. = Marichal, R., L'écriture latine du Ier au VIIe siècle. Scriptorium 4 1950, 1, 116-42.

Merk. = Merkel, R.: uid. Editiones.

Mont. = Montanari, C. I.: uid. Editiones.

Morg. = Morgenstern, K.: uid. Editiones.

Orelli = Orelli, K.: uid. Editiones.

Pad. = Paderni, C., Extract of a letter from Signor Camillo Paderni, to Dr. Mead, concerning the Antiquities dug up from the antient Herculaneum, dated from Neaples, Nov. 18, 1752. Translated from the Italian. Philosophical Transactions, London...Royal Society 48 1753, 1, 71-3.

Pad. [1] = —, Extract of a letter from Camillo Paderni, Keeper of the Museum Herculaneum, to Tho. Holles, Esq; dated at Neaples, April 27, 1754. ib. 48 1754, 2, 634-38.

Par. = Pareti, L., Storia di Roma, IV Torino 1955.

Pis. = Pisano-Verdino, S., Sul capitolo LII del volume di A. E. Egger Latini sermonis vetustioris reliquiae selectae, Atti della Reale Accademia di Archeologia Lettere e belle Arti di Napoli 1865, 256-74.

Preis. = Preisendanz, K., Papyrusfunde und Papyrusforschung. Leipzig 1933.

Ries. = Riese, A.: uid. Editiones.

Ries. [1] = —, uid. Editiones.

Rost. = Rostagni, A., Arte Poetica di Orazio, Introd. e comm. di A. R. Torino 1930.

Rost. [1] = —, La cultura letteraria di Napoli antica. PP 7 1952, 344-57.

Sabbad. = Sabbadini, R., Spigolature latine. SIFC 5 1897, 369 sq. ubi p. 373-4: Un codice perduto del « De bello Actiaco ».

Sbord. = Sbordone, F., La morte di Cleopatra nei medici greci, RIGI 14 1930, 1-20.

Schiap. = Schiaparelli, L., La scrittura latina nell'età romana. Como 1921.

Scott = Scott, W., Fragmenta Herculanensia. A descriptive catalogue of the Oxford copies of the Herculanean rolls. Oxford 1885.

Steff. = Steffens, F., Paléographie latine. Ed. française... par R. Coulon. Paris 1901 [1].

Weich. = Weichert, A., De Lucii Varii et Cassii Parmensis vita et carminibus. Grimae 1836.

Wilh. = Wilhelm, A., Zum Carmen de bello Actiaco. RhM 52 1897, 296.

Wurz. = Wurzel, F., Der Krieg gegen Antonius und Kleopatra in der Darstellung der augusteischer Dichter. Heidelberg 1941.

Zang. = Zangemeister, C., Wattenbach, G., Exempla codicum latinorum litteris maiusculis scriptorum. Heidelbergae 1876.

PRAEFATIO

History of 817

1. - Primus de papyro Herculanensi 817 Camillus Paderni, Musei Herculanensis praefectus, mentionem fecit anno 1752, quattuordecim annis postquam urbs Herculaneum iterum ad lucem reddi ordine atque ratione coepta erat, epistula ad Regiam Societatem Londiniensem (1) ubi, pauca de fragili papyro praefatus, etiam nonnulla uerba rettulit quae ibi legisset, nulla de argumento uel auctore adiecta sententia (2).

Herculanei enim in praeclarae Pisonum uillae tablino illa inuenta erat, in una eademque capsa cum aliis Latinis difficillimis lectu, unde corpus quoddam papyrorum Latinarum exstitit, quod semper multo minoris est habitum quam Graeca fragmenta, inter quae Epicuri Philodemique operum reliquias principem obtinere locum constat (3).

Simul ut papyrus ab eodem C. Paderni a. 1805 euoluta est (4), primus Ioannes Hayter (5), principis Valliae legatus, tabulis aeneis a C. Argento insculptis apographon fecit, cuius iam nunc duae partes sic constitui ac definiri possunt:

a) 16 fragmenta minora;

b) 8 columnae (primae columnae duo exemplaria paulum inter se dissimilia exstant).

(1) *Pad.* 71 sq. - Plura de bibliotheca inuenta in alia eiusdem epistula, *Pad.*[1] 684.

(2) Vd. p. 43.

(3) Omnia de primis papyrorum uicissitudinibus amplius centum annis post a D. Comparetti collecta sunt (*Comp. DeP.* 55-85; *cf. ib.* 2. - Vd. *Preis.* 40; 60; *De Valle* 313 sq.; *Cald.* 21 sq.; *Gall.* 53 sq.; *Gall.*[1] 139 sq.; *Rost.*[1] 349. - Pauca etiam apud W. Schubart, *Einführung in die Papyruskunde*, Berlin 1918 p. 6; nuperrime et quae facta essent et quid restaret breuiter adumbrauit G. Boccadamo (*Boccad.* 312; *Boccad.*[1] 275).

(4) Qui artifices papyros euolucrint legimus apud D. Bassi (*Bassi* 448). cf. *Lowe* n. 385.

(5) *Comp. DeP.* 62; *Scott* 2 sq.; *Ellis* 82; *Bassi* 441; *Lieb.* 310.

Hoc maxime columnae ceteris fragmentis praestant, quod plerique uersus, cum nonnulla uerba vel paucae litterae perierint, integri legi possunt.

Multis uicissitudinibus id apographon uexatum est. Panormum enim a. 1806 superuenientibus Gallorum copiis, et inde ab eodem I. Hayter tribus post annis Oxonium in Bibliothecam Boedleianam translatum, nullo cuiuslibet editionis consilio ad effectum perducto, diu ibi iacuit, unde Oxoniense est dictum (**O**), omnibus ignotum donec, ut paulo infra planius dicemus, a. 1879 Aemilius Baehrens ab obscuritate retractum in editionem contulit suam (6).

Si quis quaerat quanta illi apographo fides tribuenda sit, hoc praecipuum maximumque proferendum puto, quod insculptum est, cum papyrus ipsa deuolueretur, antequam et temporum iniuria et incuria hominum in eum multo peiorem statum coepit conuerti, cuius imaginem iam in Neapolitano apographo inueniemus, quamquam admodum paucis interiectis annis compositum est. quam ob rem minime dubitandum puto quin ad perlegendum carmen maximi momenti sit. etsi nonnunquam e comparatione papyri nimiae audaciae in coniciendis litteris uerbisque iure accusari posse uidetur. nec praetermittere dubito, cum parum ad carminis ipsam sententiam pertineant, quae de litterarum formis figurisque multi recte reprehenderunt. ceterum quanto diligentior in argumentum adhibita cura sit, e phototypis intellegimus qui, simul atque uulgari coepti sunt, acrium in apographon uituperationum causam attulerunt (7). denique ad utrumque mendum excusandum festinatio quoque adducatur oportet, quam non nihil urgentibus Gallis ualuisse aliqui auctores sunt (8).

2. - Paulo postquam fugerat I. Hayter, rerum necessitate coactus, aliud apographon, nulla Oxoniensis habita ratione, curauit I. B. Ma-

(6) *Baehr.* 212-3. - Ex apographo Oxoniensi imagines primus W. Scott columnarum (*Scott* Tab. 1-8; paulo post iterum eaedem editae sunt in *Thirty-six engravings of texts and alphabets from the Herculanean fragments taken from the original copperplates executed under the direction of the Rev. John Hayter*, Oxford 1891 Tab. A-H), I. Ferrara fragmentorum minorum (*Ferr.* Tab. p. 55 sq.) edidit.

(7) *Mallon* 161-2; *Batt.* 68; *Mar.* 135.

(8) *Bassi*[1] 441.

lesci (apographon Neapolitanum: **N**), cuius imagines discriptas in editionem principem rettulit Nicolaus Ciampitti (a. 1809) in secundo primae seriei Herculanensium ~~uoluminum tomo~~ (9). quamquam eius minor fuit in scribendis coniciendisque litteris ac uerbis audacia, tamen e Neapolitani cum Oxoniensi comparatione uidemus in quanto deteriorem statum papyrus ita in paucis annis delapsa sit, ut et forma et litteris multo similior recentissimis phototypis quam imagini Hayterianae appareat. uersus autem legentes facere non possumus quin paene omnia maxima fide habeamus digna, quippe quae plerumque papyro respondeant (10), et nonnumquam in discrepantibus locis potius recentiorem accipiamus lectionem.

Vnum in tam diligenti grauique opere uitium, quod primum defuerunt fragmenta minora, unde quaedam orta est a columnis disiunctio. nam usque ad annum 1907 minoribus fragmentis nemo studuit, cum ne Al. Riese quidem, qui in Anthologiae posteriore editione de iis mentionem aliquam fecisset (11), ipsa denique edidisset. neque ante ad lucem prodierunt quam Ioannes Ferrara (12) eo quem supra rettuli anno et Oxoniense eorum apographon et recentiores Neapolitanas imagines rettulit.

Ex iis octo columnis constat editio princeps. ibi primum de argumento carminis et de auctore disputatur, et uersus per coniecturas locupletati planioresque apparent.

Tantae diligentiae doctrinaeque fructus, quamquam aliquid sequentibus annis uel reiectum uel in dubium uehementer reuocatum est, usque ad nostram uiguit aetatem, pluraque ita certa definitaque ab omnibus habentur, ut nihil aut detrahere aut demutare liceat.

3. - Quamquam Nicolai Ciampitti opus iure editio princeps appellatur, tamen in tribus ueterrimis huius carminis Germanicis editio-

(9) *Ciamp.* XVII sq.

(10) *Ferr.* 469. - Ceterum constat (*Comp. DeP.* 62) imaginum iterum diligentiusque efficiendarum initum consilium infecta re tempore euanuisse. hic illic tamen apographorum charrae emendatae sunt (**N**[1]).

(11) *Anth. Lat.* II, Lipsiae 1906, p. 372. - Cf. *Ferr.*[1] 10-11.

(12) *Ferr.*[1] 10-11; cf. *Ferr.* 470.

UNIVERSITY OF OKLAHOMA
LIBRARY

nibus quae paucis annis (1811-14) subsecutae sunt nulla de eo ratio haberi potuit.

Nam a. 1809 K. Morgenstern (13), qui itineris cuiusdam sui per Italiam commentarium scriptum reliquit, mentionem de papyro Neapolitanoque apographo amico suo doctissimo R. Heyne fecit, qui paulo post (a. 1811) columnas V-VIII, adiecto uno col. III uersu (14) Gottingae edidit notisque illustrauit, quod opus nulla alia re dignum mentione puto, nisi quod et ipsum quodam modo editio princeps appellari potest et hic illic aliquod ingeni lumen elucet. ceterum propter plurimos etiam typothetae errores (15) minime probandum uidetur.

Hinc profectus idem Morgenstern (a. 1813) primus omnes columnas edidit (16), at quamquam multa Heynii emendauit, tantum afuit ut nouas et graues afferret sententias, ut ab ipsius opere ad Theodori Kreyssig editionem, quae anno post prodiit, magnum annorum interiectum spatium dicas.

Nam Th. Kreyssig (17), quamquam ne ipse quidem Ciampittianam editionem legere potuerat, maxima, ut ait ipse, festinatione (18) priorem suarum editionum parauit, ubi mirum quam multis locis eadem atque Ciampitti coniecit, cui et commentari copia et similibus sententiis uersibusque aliorum poetarum relatis tanto praestitit, ut inter aequales similesue poetas ignotus auctor quasi uiuus appareat.

Dum haec in Germania curantur, aliquid in Italia Carolus Fea (a. 1811) correxit (19) atque C. I. Montanari (a. 1830), paucis hic atque illic emendatis, primus totum carmen endecasyllabo uersu usus in Italicum sermonem eleganter conuertit, qui labor non praetermittendus uidetur, exceptis aliquibus locis ubi uetera atque obsoleta seruauit (20).

At iterum in Germaniam reuocat nos posterior Th. Kreyssig editio (21), qui Ciampittiano iam opere consulto atque perlecto, superius

(13) *Morg.* 156 sq. - De his priscis conatibus uid. *Kreyss.* 3 sq.
(14) *Heyne* 638 sq.
(15) *Morg.* 158.
(16) *Morg.* 163 sq.
(17) *Kreyss.* 6 sq.; cf. *Kreyss.*[1] VIII sq.
(18) *Kreyss.*[1] VIII.
(19) *Fea* XIV sq.
(20) *Mont.* 21 sq.

opus suum recensuit, multaque aptius interpretatus sententiisque suis saepe mutatis, quid certum quid dubium de auctore argumento singulis uersibus esset clare patefecit (a. 1835), ac quasi uiam ostendit qua alii in posterum diligenter plura promerent inspecta et conquisita. eius uestigia secutus R. Merkel (a. 1837) pauca ultra explanauit, carmen instar emboli disponens post P. Ouidi Nasonis Tristia (22), ubi Rabiri poetae nomen occurrit, quem plerique huius carminis auctorem, ut infra dicemus, suspicati sunt.

Qui post fuerunt, A. E. Egger (a. 1843) et A. Riese (a. 1870) (23), nihil nouum addidisse uidentur. Anthologiam tamen memoria dignissimam puto, cuius auctor apparatu critico primus, diligentissima usus ratione, omnia quae superiores uel inuenerant uel coniecerant optime exposuit.

4. - Hoc maximae, ut supra diximus, tribuendum laudi est Aemilio Baehrens, quod a. 1879, postquam apographa Oxoniensia omnium papyrorum noua alacritate atque industria in lucem iterum proferri coepta erant (24), imagines Hayterianas primus cum apographo Neapolitano comparauit (25), unde quanto plura discere docti uiri potuerint quantoque maiora grauioraque de papyro testimonia collegerint, nemo est quin mente complectatur facillimeque e duabus dissertationibus animaduertimus, quibus et R. Ellis (a. 1888) aliqua in textu uerba emendauit (26) et M. Ihm (a. 1897) linguam genusque scribendi attente perspexit multaque multorum poetarum uestigia ostendit, inter quos maxime Vergilius Ouidiusque eminuerunt (27).

(21) *Kreyss.*[1] 175 sq. Hanc editionem cum Ciampittiana comparatam S. Pisano-Verdino rettulit (*Pis.* 274 sq.) qui, etsi ad auctorem argumentumque maxime mentem conuertit, aliquid tamen nouum conjecturis assequi conatus est. editionem principem cum Epicuri *De natura* fragmentis K. Orelli iam a. 1818 in Germania uulgauerat (*Orelli* VIII sq.).
(22) *Merk.* 331-2.
(23) *Egg.* 314 sq.; *Ries.* n. 482. - Multo maioris momenti altera Anthologiae Latinae editio erit (*Ries.*[1] 3 sq.), qua Baehrensii quoque fructus colligentur.
(24) *Gomp.* IX; *Scott* 6 sq.; 51 sq.
(25) *Baehr.* 212-3.
(26) *Ellis* 82-6.
(27) *Ihm* 129-31.

Haec omnia in duas recentissimas editiones confluxisse dixerim, quibus nihil melius ad hanc aetatem, longa iam annorum serie interiecta, nomina primum proferamus: A. Baeckstroem (a. 1902) et I. Ferrara (a. 1908) in lucem produxerunt.

A. Baeckstroem (28), breuiter de superioribus editionibus praefatus, in textum maxime animum mentemque conuertens, uestigiis ueterum saepe relictis noua ratione aliquos uersus iterum, ut ita dicam, finxit, magis ingeni acumine quam litterarum formis testimoniisque confisus, quare, licet legentes nouitate quadam alliciat, parum fidei tamen prae se ferre uidetur.

Multo grauius Ioannis Ferrara opus fuit, qui iam anno 1907 (29), omnium quae antea dicta erant ratione habita, excepto Baeckstroemiano opere, in hoc omnes errauisse professus est, quod et apographis freti omnino papyrum neglexissent nec quicquam de fragmentis minoribus quaesiuissent, e quibus non nihil coniecturis colligi posset, quibus rebus impulsus primum laborem sibi suscepit, ut papyrum quam diligentissime spectaret, sed aegro animo se tulisse narrauit, quod in multo deteriore statu illa esset quam cum N. Ciampitti legisset (30). sequitur ut, si quis nouum aliquid inquirat, nihil se inuenisse confiteatur oporteat, cum praesertim nihil ille aliud fecerit nisi papyrum transcripserit, sin autem papyro studeat, facile uideat qui eius status centum fere annis post apographa fuerit.

Quod autem ad fragmenta minora pertinet, et Oxoniensia et Neapolitana apographa rettulit, at nihil conatus est, ut uel eorum argumenta temptaret uel cum columnis coniungeret.

Denique ut nostram de hac I. Ferrara editione sententiam proferamus, post quam nullam aliam criticam inuenimus (31), perutilem id omnia de carmine nostro ordine ac ratione complectenda habemus, iam tamen credimus, cui multa adici possint, nec dubitamus quin plenior locupletiorque queat totius carminis effici imago.

(28) *Baeck.* 283-93; 329-49.
(29) *Ferr.* 469.
(30) *Ferr.*[1] 10.
(31) *Bard.* 73.

5. - Restat ut nunc de fragmentis minoribus dicamus, quae ab Ioanne Hayter transcripta diuque neglecta supra memorauimus, quorum apographon e decem schedis constat (32).

At Neapoli quoque procedente tempore cura eorum habita est: octo enim a. 1863 a F. Biondi (1-8), septem a. 1907 ab A. Cozzi (A-H) insculpta sunt (33), quae apographa etiam siglis (**n**) secerni oportet a columnis, cum longa annorum series interfuerit.

Hic iam I. Ferrara (34) graui se difficultate teneri confessus est, quod non omnes fragmentorum partes inter se responderent maximeque id ex hoc conspectu apparere:

n	**O**
1	1632 α
2	1628 α
3	—
4	1632 β
5	1630
6	1634 γ
7	1637
8	1633
A	—
B	—
C	—
D	—
E	—
F	1626
G	—
—	1627 α
—	1627 β
—	1628 β
—	1629

(32) Schedae num. 1626-1637, unde duae (1635-36), posterius primae columnae exemplar continentes, excipiendae sunt.
(33) *Bassi* 448.
(34) *Ferr.*[1] 10-17.

—	1631 α
—	1631 β
—	1634 α
—	1634 β

Si quis uero attentius inspiciat, dubitet an has quoque similitudines probet:

n	O
3	1628 β
E	1629

Haec autem fragmenta nulla comparatione iungi posse uidentur:

O: 1627 α-β; 1631 α-β; 1634 α-β.

n: A, B, C, D, G.

Praeterea cum etiam in aliis fragmentis litterarum uersuumque dissimilitudines occurrant (35), partibus quoque non uno modo inter se iunctis, suspicemur licet post Hayterium paruas papyri partes uel periisse uel in peius esse mutatas, quod e suturis haud raris animaduertimus.

Perturbatae papyri signa haec quoque afferantur, quod et uerborum a C. Paderni Londinium missorum nullum apparet in papyro uestigium et in Bibliotheca Neapolitana columnis I, II, IV, VI parua frusta coniuncta sunt, ad carmen et ipsa pertinentia.

Hinc, quamuis nihil uerum probari possit, colligendum puto imagines Hayterianas et partium et uersuum ordine longe esse praeferendas.

Quod denique ad totum carmen pertinet, e longiore post ultimam columnam spatio, quod libri finem significat, fragmenta minora priorem eius fuisse partem facile constat.

Omnia igitur fragmenta ita enumeranda esse uidentur:

10, quae in utroque apographo occurrunt.
6, quae apud **O** tantum legi possunt.

(35) Cf. p. 5 sq.

5, quae apud **n** tantum legi possunt.
4, quae solum in papyro supersunt.
1, quod e testimonio tantum exstat.

Quae fragmenta non solum referre atque enumerare, sed etiam aliquam inde uiuamque quasi partem carminis formare iam tum in animo mihi fuit, cum noua ueste ornatum, quinquaginta fere annis post ultimam editionem criticam, hoc carmen edere constitui, quo praeclara Caesaris de Cleopatra Antonioque uictoria celebrata est.

6. - Argumentum carminis facile intellegi e columnis potest, ubi extrema belli celebratur pars, quod prospere Caesar Octauianus in Antonium Cleopatramque gessit, a uictoria Pelusiaca usque ad extremum in Alexandriam impetum, de quibus uicissitudinibus Plutarchus (*Ant.* 69 sq.) Dio Cassius (51. 5 sq.) Zonaras (*Ann.* 10, 30) Orosius (6.19 sq.) (36), qui omnes posterioribus saeculis fuerunt, breuiusque alii narrauerunt. Si quis autem belli ipsius aetatem repetat, nulli alii praeter Augusteos poetas occurrunt, qui res ac laudes ex Octauiani animo consilioque extulerunt, illamque uictoriae tradiderunt imaginem quam maxime apud Vergilium Horatium Propertium inuenimus (37): Cleopatram, Aegypti reginam, postquam humili abiectoque M. Antoni seruitio freta Romae funus parauisset, a Caesare, Romae Italiaeque uindice, pugna Actiaca deuictam, mortem sibi consciisse ne captiua in uictoris triumpho duceretur.

Cum fragmenta minora, ut supra memorauimus, ante columnas ponenda sint, eorum prius temptandum est argumentum, quam fere ab uno K. Hosius (38), qui de quodam puerorum puellarumque choro et de pugna apud Nilum mentionem fecit, summatim effectam esse puto.

Omnes autem partes ex Hayteriano ordine complectenti haec mihi agi uidentur:

1626-1629: Caerimoniae quas post cladem Actiacam Cleopatra, simulata uictoria, fieri iusserit (Plvt. *Ant.* 70; Dio 51.59).

(36) De singulis harum uicissitudinum partibus copiosius carmen euoluentes dicemus.

(37) *Wurz.* 3 sq. et al.

1630-1637: Bellicae uicissitudines ab Antoni aduentu in Libyam usque ad Caesaris impetum in Pelusium. hinc enim initium ducunt columnae.

Nullum contra de columnis dubium, quae binae inter se coniungi possunt:

I-II: Caesar urbem Pelusium, Cleopatrae proditione traditam, capit.

III-IV: Cleopatra, conuersis in peius rebus, cum quodam uiro disputat utrum arma sint necne ponenda.

V-VI: Cleopatra, deliberata morte ferocior, ciuium damnatorum turbam multis suppliciorum generibus obicit, e quibus optimum eligat.

VII-VIII: Dum Cleopatra in eligenda morte cunctatur, Caesar Alexandriam obsidere incipit.

Hunc rerum ordinem, primum a Ciampitti, deinde a Kreyssig compositum (39), qui omnia ad nihilum redegit quae dissimilia coniecta erant (40), nulla causa est cur reiciamus.

(38) *Schanz-Hosius* II p. 267.

(39) *Ciamp.* XV; *Kreyss.* ad l. - In hoc tamen Ciampitti dissensisse uidetur, quod in columna II uel poetam uel quem alium Cleopatrae crudelitatem reprehendentem, et in col. III Thyrsum, Caesaris legatum, reginae ut Antonium proderet suadentem suspicatus est.

(40) Longe aliter K. Morgenstern (159 sq.) sensit, qui in prima columna Antonium Paraetonium oppugnantem agnouit, cum in ultimo eiusdem columnae uersu metri ratione neglecta *Antonium* legisset. in columna quinta R. Heynius (p. 641) et idem Morgenstern (*loc. cit.*) de duibus Alexandrinis bello perterritis agi putauerunt, postquam Antonius Caesarem ad singulare uocauisset certamen (PLVT. *Ant.* 75), in col. VI Morgenstern (*loc. cit.*) de Cleopatrae morte quae tradita essent, quamquam eadem paulo post uina inducitur. in col. VII denique Heynius (*loc. cit.*) Proculeium ad Cleopatrae sepulcrum, quo se regina inclusisset, Caesaris legatum suspicatus est, Morgenstern autem Caesaris conatum ad auertendam Cleopatram, quae iam se morituram statuisset. omnium qui postea fuerunt unus excipiendus est S. Pisano-Verdino, qui (*Pis.* 271), totum carmen ad eloquentiam referens, in primis tribus columnis Thyrsi ad Cleopatram de pace orationem, in reliquis reginae responsum, quae maxime Antonio fideret, carminis materiam putauit. quod, mea quidem sententia, et nullo modo certis testimoniis probari potest et impeditioris difficiliorisque operis imaginem praebet.

7. - Veniamus nunc ad grauissimam quaestionem de auctore (41), cuius cum nullum in papyro exstaret nomen, iam a priscis temporibus alii alia suspicati sunt.

Primum I. Hayter (42) L. Vari nomen protulit, his scilicet Q. Horati Flacci uersibus impulsus:

Carm. 1.6.1 Scriberis Vario fortis et hostium
Victor, Maconii carminis alite,
Quam rem cumque ferox nauibus aut equis
Miles te duce gesserit.

At licet nonnullam carminibus epicis operam ille dederit multaque hauserit a temporibus suis, tamen in Horatianis quos supra rettuli uersibus non ea materiae discriptio inuenitur qua nobis persuadeatur carmen Herculanense de bello Actiaco Horatium hic uoluisse significare, quam ob rem iam N. Ciampitti (43) et paulo post cunctanter A. Weichert, qui diligentissime uitam operaque L. Vari perscrutatus est (44), id carmen illi posse tribui negauerunt.

Aliud poetae nomen iam ab initio cum doctissimi Academiae Herculanensis uiri tum Ciampitti ipse (45) proferre coepit, C. Rabirium dico, quem ex hoc L. Annaei Senecae loco poema de Antonio ad calamitates mortemque delabente scripsisse constat:

Ben. 6.3.1 Egregie mihi uidetur M. Antonius apud Rabirium poetam, cum fortunam suam transeuntem alio uideat et sibi nihil relictum praeter ius mortis, id quoque si cito occupauerit, exclamare: hoc habeo, quodcumque dedi.

Inde Rabiri nomen a plerisque acceptum (46), quod ueri simillime huic carmini apponeretur, neque tamen certissimum inuentum est

(41) De hoc diu disputauit I. Ferrara (*Ferr.*[1] 7; 17 sq.).

(42) Vd. titulos tabularum ap. *Scott* Tab. I sq.

(43) *Ciamp.* X sq. - Aliud praeterea leuius testimonium ille attulit, adfirmans similiores Vergilio quam papyro Herculanensi Vari uersus esse.

(44) *Weich.* 157 sq.

(45) *Ciamp.* XI sq. - Cf. *Kreyss.* 4.

(46) *Mont.* VII; *Kreyss.*[1] 180; *Weich.* 158 sq.; *Haube* 15 sq.; *Ihm* 129; *Ihm*[1] 350. - Idem secuti sunt E. EDWARDS, *Memoires of Library*, I, London 1859, p. 71, et Th. MOMMSEN in *Archäologische Studien* 38 1880, 32.

indicium, quo aut probaretur aut negaretur opus ab ipso compositum esse. quae pauca contra dicta sunt, hic summatim exsoluamus oportet:

a) A. E. Egger (a. 1843) id carmen Albino cuidam tribui posse putauit (47), hoc Prisciani loco fretus:

II K p. 304 Albinus Rerum Romanarum primo:

Ille cui ternis Capitolia celsa triumphis
Sponte deum patuere, cui freta nulla repostos
Abscondere sinus, non tutae moenibus urbes.

Quamquam se ignorare professus est quae personae illis uersibus designarentur, tamen hoc carmine laudes gentis Iuliae ita celebrari putauit, ut et uictoriam Actiacam complecteretur poeta. quam cum paulo post Egger ipse reiecisset sententiam (48), J. Becker (49), quo artius eos uersus cum papyro coniungeret, Albini nomen librari errore pro Rabirio relatum esse coniecit, eamque ab Octauiano edi lamentationem, humanam infirmitatem querente iis locis ubi proditione interfectus esset Pompeius, cuius scilicet triplex memoraretur triumphus (50).

Quod cum parum probandum ipsum esset, S. Pisano-Verdino (51) ad nihilum paucis redegit: ratione enim habita metri, *cui* bisyllabum legi oportere, quod nusquam ante quartum saeculum p. Ch. n. inueniretur (52), ideoque illum Albinum ad eam aetatem ita esse transferendum ut unus idemque fuisse uideretur atque Albinus ille qui in Macrobi Saturnalibus (53) multa et praeclara diceret, nulloque modo ex ordine temporum ad papyri aetatem relabi posset.

Pari erroris suspicione impulsus O. Haube (54) pro Albino Albinouanum esse legendum docuit, qui in *Rerum Romanarum* libris omnia bella ab Iulio Caesare ad Tiberium cecinisset, maximeque eos

(47) *Egg.* 313-14.
(48) *Egg.*[1] 112.
(49) *Beck.* 597.
(50) Quanta huic rei sit tribuenda fides uid. p. XXVII.
(51) *Pis.* 259 sq.
(52) Cf. A. Ernout, *Morphologie historique du latin*, Paris 1945 [2] p. 154.
(53) Macr. *Sat.* I, 2 sq.

uersus a papyro Herculanensi esse seiungendos, cuius auctor potissimum Rabirius fuisse uideretur.

De quibus ut meam proferam sententiam, etsi uideri argumentum minime absurdum atque comparari cum Iuli Caesaris fletu post mortem Pompei (55) potest ac constat Octauianum quoque comperta Antoni morte lacrimas effudisse (56) cum et Pompeius et Antonius post praeclaram gloriam ludibrio quodam fortunae afflictati essent, tamen duabus causis maxime detineor quo minus ad papyrum nostram eos uersus pertinere putem, et ratione metri, ut supra diximus, et minime probando librari errore, quae ambae causae si simul exstitissent, id cuidam miraculo, ut ita dicam, fortunae esset adscribendum.

b) Aliam prorsus uiam secutus W. Scott (57) opus Herculanense eiusdem poetae putauit qui et *Laudem Pisonis* scripsisset, non tamen T. Calpurni Siculi, ut iam a plerisque credebatur, quem *Bucolica* scripsisse constaret (58). hoc enim cum carmine de bello Actiaco congruere, quod in laude Pisonis (u. 92) ipse Piso Neapoli, haud procul ab Herculaneo, declamationibus deditus induceretur. quae sententia, quam nullum alium esse secutum constat, tenuiore nititur indicio quam quae ullius esse momenti uideatur.

c) Denique I. Ferrara (59), et incertis de Rabirio testimoniis et quibusdam in papyro inuentis signis commotus, aliam carminis originem enuntiauit: cum carmen etiamtum ad finem perduceretur, urgentibus Veseui ignibus poetam opus deseruisse imperfectum. non enim una cum ceteris libris inuentum carmen, sed in quadam capsa a reliquis remota, quippe cum nondum opus esset perfectum, quaeque conspicerentur signa, ea ab auctore ipso notata esse ubi uel sententiarum uel imaginum cursus nondum fluens liquidusque appareret. Id etiam e nonnullis litteris apicatis intellegi posse, quae nusquam ante

(54) *Haube* 15-6. - Aliter *Bard.* 230-31.
(55) Caes. *B. C.* 3.106. 3-5; Liv. *Per.* 112.
(56) Plvt. *Ant.* 78; Dio 51.11. Cf. *Par.* 247-8.
(57) *Scott* 51.
(58) T. Calp. Sic., *De laude Pisonis et Bucolica et* M. Annaei Lvcani *De laude Caesaris... par R. Verdière*, Bruxelles 1954 p. 27-8.
(59) *Ferr.*[1] 32 sq.

imperatoris Claudi aetatem inuentae essent. quam ob rem non Rabirium, sed alium poetam imperatoris Titi aequalem carmen scripsisse.

Quae omnia nulla esset causa cur improbarentur, nisi dubitare possemus an in papyro nostra carmen non primum scriptum esset, sed ex alio exemplari transcriptum, litteris e temporum more apicatis signisque ad materiam pertinentibus locupletatum (60). quam exceptionem praecipue secutos omnes puto, paucis exceptis qui se auctorem ignorare professi sunt (61), Rabirio carmen tribuisse (62), ad quam coniecturam iam et paucis ante annis aliquid accesserat et his temporibus alia argumenta ad confirmandum allata sunt.

Nam a. 1897 R. Sabbadini (63) in codicum indice qui doctissimi uiri A. Decembri fuerant (64) hoc dignum mentione se legisse notauit:

> Donatus antiquissimus in greco et cum eo quoddam opusculum metricum quod dicebatur esse Vergilii de bello nautico Augusti cum Antonio et Cleopatra, quod incipit:
>
> Armatum cane, Musa, ducem belloque cruentam
> Aegyptum.

Illum uersum et materiae genere et caesura trochaica quae ibi simul cum hephthemimeri esset et claris Vergili uestigiis (65) putauit

(60) *Baehr.* 212-3.

(61) *Groag* 59. - Nuperrime autem H. Bardon (*Bard.* 136-7) dubitauit an auctorem ad Neronis aetatem differret, quippe qui animo ad commouendum apto rhetoricisque imbutus praeceptis maxime talia aequalium studia esset secutus. quae sententia etsi minime ipsa refellenda uidetur, multo leuioribus testimoniis argumentisque nititur. ceterum non ita dissimiles inter se eas dixerim. aetates, quin similia plura in eloquentia arteque scribendi praebeant.

(62) *Alf.* 196; *Boccad.*[1] 276-7; *Genc.*[1] 25. haud absurdum est hic ceteros uersus referre qui e litterarum testimoniis Rabiri traditi sunt (*Baehr.-Morel* p. 120-21):

1. Idaeos summa cum margine colles (CHAR. 1 p. 65 K).
2. = frg. 28.
3. Ac ueluti Numidis elephans circumdatur altus (*Dub. nom.* V. 578 K).
4. In tenerum est deducta <serum> pars † imonia (intima *Haupt*) lactis [(*ib.* V. 590 K)
5. Portarumque fuit custos Erucius (*ib.* V. 578 K).

(63) *Sabbad.* 373-4. - Paulo post tamen idem (*Le scoperte dei codici latini e greci ne' secoli XIV e XV*, Firenze 1905 p. 138-9) dubitauit an hi uersus ex imitatione Properti (3.34.61-2) ficti essent. priorem nos eandemque grauiorem teneamus sententiam.

(64) Edidit A. Cappelli, *Archivio Storico Lombardo* 1892, p. 114.

(65) VERG. *Aen.* 1. 1 Arma uirumque cano.

R. Sabbadini in eodem carmine exstitisse quod papyro Herculanensi contineretur idque maxime multis aliis Vergilianis probari locis quos paulo ante M. Ihm inuenisset (66).

Quanti id momenti sit, nemo est quin intellegat, unde certiores fiamus quoddam carmen de bello Actiaco Vergili nomine per saecula traditum esse. quod autem ad errorem nominum pertinet, neminem fugit quam constans apud antiquos mos fuerit ut Vergilio uel alienissima carmina tribuerentur, sicut in Appendice Vergiliana uidemus. ceterum iam apud Velleium Paterculum amborum poetarum nomina sic inter se coniuncta legimus (67), ut facile euenire potuerit ut aliquod Rabiri poema diuini nomine poetae ornaretur.

Hac denique aetate A. Rostagni et A. Alfonsi noua attulerunt cur Rabirius magis atque magis probaretur, et acrius diligentiusque ipsum inter aequales disposuerunt poetas.

A. Rostagni (68) praecipue auctoris animum Antonio infestum intuens eum circulo Herculanensi Philodemi philosophi operam dedisse suspicatus est, ubi primis post uictoriam Actiacam annis Antonius, Caesaris aduersarius, maximo odio fuisset, aliosque Properti rettulit uersus, ubi carminis nostri uestigia superessent:

> 3.9.53 Prosequar . . . . . .
> . . . . . .
> castraque Pelusi Romano subruta ferro
> Antonique graues in sua fata manus.

Quare, cum satis constaret tertium Properti librum annis 25-20 compositum esse, Rabirianum carmen annos 31-25/20 excedere non potuisse.

Eadem progressus uia atque ratione A. Alfonsi (69) artius Rabirium Propertiumque inter se coniunxit, Decembri quoque uersu inter Rabirianos accepto, cuius uestigia plurima apud Propertium inuenerat

(66) *Ihm* 129 sq.

(67) VELL. 2.36.3: inter quae (*scil.* ingenia) maxime nostri aeui eminent Vergilius Rabiriusque.

(68) *Rost.* XXXI sq. - cf. *Storia della letteratura latina*, II, Torino 1952, p. 199-201 et 206.

(69) *Alf.* 196 sq.

(70); quae cum etiam in libro secundo essent idemque annis 27-25 compositus esset, non dubitauit A. Alfonsi adfirmare carmen Herculanense nullo modo post eos annos scribi potuisse, ideoque temporis fines annis 31-27/25 includi oportere, quibus iisdem annis Vergilius Aeneidos librum VIII scribere coepisset, cum omnium ciuium animi maxima recentis uictoriae laetitia affecti essent, eaque de causa Velleium duos poetas simul memorauisse.

Ita plura grauiaque inuenta sunt, cur Rabirius probandus carminis auctor uideretur, nullum tamen certissimum indicium adduci potuit. quae omnia enim ab A. Rostagni et A. Alfonsi allata sunt, quamuis summatim ueri similia sint, tamen, si singula consideres, non totum amplectuntur argumentum. uestigia sententiasque illi ad carminis Herculanensis auctorem rettulerunt, nondum ullo uinculo ipse cum Rabirio a Seneca laudato copulatus est.

8. - Equidem cum inspexissem num quid praeclarae illi doctrinae addere liceret, hoc tantum consecutus sum, ut plures locos apud L. Annaeum Senecam recenserem, ubi carminis Herculanensis uestigia suspicarer:

Ep. 83.25 M. Antonium magnum uirum et ingeni nobilis quae alia res perdidit et in externos mores ac uitia non Romana traiecit quam ebrietas nec minor uino Cleopatrae amor? haec illum res *hostem* rei publicae, haec *hostibus* suis imparem reddidit.

Dial. 10.4.6. Plusque et iterum timenda cum Antonio mulier.

Ben. 5.15.6 Ingratus Antonius in dictatorem suum, quem iure caesum pronuntiauit, interfectores eius in prouincias et imperia dimisit, patriam uero proscriptionibus, incursionibus, bellis laceratam post tot mala destinauit ne Romanis quidem regibus: ut quae Achaeis, Rhodiis, plerisque urbibus claris ius integrum libertatemque cum immunitate reddiderat, ipsa tributum spadonibus penderet.

Clem. 1.11.1 Fuerit (*scil.* Augustus) moderatus et clemens, nempe post mare Actiacum Romano cruore infectum.

Vt uerba papyro respondentia omittamus, quae suo loco illustrabuntur (71), e uitiorum criminumque in patriam mentione muliebrique dominatu animaduertamus licet Senecam non uariis interque se

(70) Vd. infra p. XXXIII.
(71) Vd. singula ad loc.

disiunctis de Antonio Cleopatraque imaginibus usum esse, sed ab uno eodemque carmine nonnulla sumpsisse, ubi plura speciosioraque de saeuo triumuiro narrarentur.

Quam ob rem, cum non solum Propertium, ut supra diximus, sed etiam Senecam a carmine Herculanensi aliquid accepisse ueri simile sit, et praeterea Seneca in loco quem principem rettulimus (p. XXV) haud dubie Rabiri uersum de eodem argumento laudauerit, restat ut in papyro Rabiri carmen contineri certius adfirmemus.

E plurimis poetis quos et diligenter perlegerat et acutissime perpenderat (72), Senecam Vergili carmina maxime secutum esse constat (73) multaque ab Ouidio quoque hausisse, quem ingeniosissimum diceret (74). parem uerborum sententiarumque copiam ueri simile uidetur etiam apud Rabirium ab eo inuentam esse, ut apud Ouidium ipsum legimus:

Pont. 4.16.5 Cum foret et Marsus magnique Rabirius oris.

Aliud argumentum adduci potest, quo Rabirium profiteamur auctorem. nam si alius poeta id carmen composuisset, eius ne minimum quidem superesse uestigium adfirmare liceret, quod in tanta materiae fama admodum mirum esset. si enim, ducibus Th. W. Dickson et H. Bardon (75), omnes recenseamus poetas qui ab Augusti ad Neronis aetatem floruerunt, nullum inueniamus alium, cui id carmen tribui possit. haec enim nomina operaque occurrunt, quae quidem ad carmen nostrum pertineant:

a) Ouidius in indice illo poetarum (*Pont.* 4.16) ubi etiam de Rabirio (u. 5) mentionem facit, duos alios poetas, omissis nominibus, attingit:

21 ueliuolique maris uates, cui credere posses
carmina caeruleos composuisse deos:
quique acies Libycas Romanaque proelia dixit.

(72) S. Rossi, *La critica letteraria in L. Anneo Seneca*, Messina 1905 p. 83 sq.
(73) S. Consoli, *Reminiscenze Virgiliane nelle prose di L. Anneo Seneca*, RFIC 49 1921, 456-67; L. Doppioni, *Virgilio nell'arte e nel pensiero di Seneca*, Firenze 1939 p. 15 sq.
(74) *Nat. Quaest.* 3.27.13: ille poetarum ingeniosissimus. cf. Doppioni, cit. p. 14-5.
(75) *Dick.* 52 sq.; *Dick.*[1] 278 sq.; *Bard.* 26; 28; 62 sq.

Praetermisso posterioris carminis auctore, qui profecto grauius cecinit in Africa bellum quam quod Octauianus celerrime facillimeque in Antonium Cleopatramque gesserat (76), prior poeta certe mare ueliuolum latius cecinit quam quod uictoria Actiaca pateretur, ubi plura alia multoque maiora mari, ut e papyro intellegimus, animos allicere mentesque excitare possent. quae si et ipsa commemorasset, dubitandum non puto quin Ouidius alliciendae gratiae causa late apteque in medium prolaturus fuerit.

b) L. Varium Rufum, quem iam I. Hayter auctorem huius carminis suspicatus erat (cf. p. XXV), carmen « De morte » scripsisse constat, de quo postquam diu disputatum est, primum R. Vnger (77) deinde A. Alfonsi et H. Bardon (78) negauerunt Varium hoc carmine unius uel ducis uel praeclari uiri mortem cecinisse, multa contra de morte ipsa eiusque natura prompsisse adfirmauerunt, interque exempla et Ciceronis et Antoni supremam complexum esse horam, quae ratio nullo modo cum carmine nostro congruere potest.

c) Cornelius Seuerus in carmine quod « Res Romanae » inscribitur, ex eiusdem H. Bardon sententia (79), fortasse de Octauiano Antonioque plura narrauit, crudelissimumque haud dubie appellauit Antonium quod Ciceronem saeua nece interemisset (80), sed nullo modo impelli possumus ut, hinc profecti, eum carmen Herculanense scripsisse profiteamur, cum praesertim eum res a regibus Romanis repetiisse constet ideoque omnia summatim adumbrauisse.

Hoc inde effici cogique ueri simillime potest:

a) carmen pap. Herc. 817 Rabirio tribuendum esse.

b) eius carminis et uersum apud Decembrium inuentum et Antoni apud Senecam uerba paruas partes fuisse.

c) eiusdem carminis causa Rabiri Vergilique nomina diu inter se coniuncta usque ad Decembrium tradita esse.

(76) Referendum enim uidetur id opus ad bella quae Iulius Caesar in Africa gessit (*Bard.* 26), multo maiore aduersariorum apparatuumque mole exagitatus.
Vrgente deorum ira (u. 4), Antonium Cleopatra orat ut, amissa iam patria (u. 5), secum Nili regiones (u. 6) classibus (u. 8) petat atque extrema experiatur (uu. 4, 7), alterius, qui supplex ad eius genua procumbere uidetur (u. 9), responsum demissum incipit (u. 10). cum nihil certum e prima tertiaque parte, excepto *bella* (α 7), percipi possit, restat ut ad secundam nos conuertamus. — **temptanda:** *scil.* « fortunam quae uictis temptanda est ». ita, errorem in **O** suspicatus. — **inclusa** (i.q. obsessa, ut saepius: CIC.*Phil.* 13.35 militibus inclusis opem fertis; cf. *Th. L. L.* VII, I, *col.* 951): quam tellurem apud Paraetonium legionibus infestis adire non potuimus, ea nunc nobis in Aegypto patet. — **uacat:** Nilus praeda tua esse potest, quippe qui a nullo domino teneatur (cf. BRVT. in *Cic. Ep. Brut.* 1.17.15 Quid nostra uictum esse Antonium...ut alii uacaret quod ille obtinuit?; LVC. 2.440 fines hoste uacantes). — **aequore:** saepius etiam de fluuiis (VERG.*Aen.* 8.89; OV.*Met.* 13.955; SEN.*Herc.O.* 1073 *etc.*). — **linis:** i.q. linteis; SEN.*Med.* 320 nunc lina sinu Tendere toto: nunc prolato Pede transuersos captare Notos. — Cetera huius uersus uerba num recte coniecta sint uel quomodo inter se coniungi possint, haud facile patet. — **atque:** prima uersus uerba « dixerat » uel « sic ait » uel quid sim. — **muliebribus:** sic suppleui, diu propter ultimum eiusdem u. uerbum (« audet »?) cunctatus. — **conuertis dictis...linum:** classem conuertis (i.q. dirigis, in re militari cf. *Th. L. L.* IV *col.* 589) dicto, cum re id fieri non possit (de Antoni Cleopatraeque dissensionibus cf. p. 76).

13-15. *C. Corneli Galli legiones mari Alexandriam petunt.*

Quamquam nullum ducis nomen occurrit nulloque historiarum scriptorum testimonio fidere possumus, agi tamen hic de Corneli Galli itinere Alexandriam uersus ueri simillimum uidetur, cum praesertim paucis quae supersunt uerbis iter prosperum adumbretur.

13 (1635 α)

. . . . . *pe* . . . .
. . . . *Phar* . . . .
. . . . am c . . . .
. . . . uere q[u] .
. . . . fuerat . .
. . . . *nii* pau .
. . . . a tenu . .
. [pon]*dere* c . .
. . . . . d . . . . .

Naues Pharo (u. 2) appropinquant. — **Phar[um?]:** cf. *Col.* 1.3 — **tenuli?l:** fortasse: aura uel quid sim. cf. Ov.*Her.* 11.75 Vt mare fit tremulum, tenui cum stringitur aura. — **pondere:** *scil.* nauium (cf. Verg.*Aen.* 6.413 gemuit sub pondere cymba).

14 (1634 β).

. . . . . lla . . . . . .
. . . . . freta ponder[e et i]nde
. . [in bel]lum pellere, *cu*[rs]us
. . . . . [c]*a*rbasa nauta
. . . . . uanor mare ge[n]*ti*s
. . . . . ni a[c]quore uincit
. . . . . ista moueri
. . . . . *ta* . . *am* . . *em*
. . . . . nu*be*
. . . . . *ferro*

Naues mare Aegyptium secant (uu. 2-6) ad bellum conficiendum (u. 8). — **pondere:** cf. 13.8. — **freta...pellere:** i.q. uada pellere (9.8). — **cursus:** sic, errorem in **O** suspicatus. fortasse ad aliud enuntiatum pertinet, uelut « cursus quo... ». — **carbasa nauta:** *scil.* tendit (de positione in uersu: Verg.*Aen.* 3.357; 4.417; Ov.*Ep.* 7.171; 20.71; Lvc. 8.50; Val.Flacc. 2.5.79). — **mare gentis:** *scil.* Aegyptiorum (cf. *Col.* IV.6), qui tandem (*Col.* II.10) oppugnantur.

15 (1634 γ=6).

α) . . . *n* . u . . .
. . *n*mifr . .
. . . tosa . .
[Pel]*u*sia . .

β) . . . . . ⌊u⌋*nt* . . . . . .
. . . . s ut ter⌊r⌋[as] . . .
. . . . nacta ⌊die⌋[m] . . . . .
. . . . . ⌊eres u⌋ . . . . . .
. . . . . t⌊on⌋ . . . . . .
. . . . . ⌊uso⌋ . . . . . .
. . . . . ⌊*ora*⌋ . . . . . .

Naues ad litus (β 2) optatum (β 3) appelluntur. α) deest in pap. — **Pelusia:** quod oppidum iisdem fere diebus obsidetur (*Col.* 11.5). — **nacta diem:** casu stultitiaque hostium apud Paraetonium classis adiuta est (« nacta »: Don. *ad Ter. Hec.* 681 nancisci proprie dicitur, qui paratus ad tenendum, antequam possit reperire quod teneat, statim, quod occurrerit, prehendit).

16. *Antonius Cleopatraque acrius timent.*

Nullum uidelicet de hoc sermone apud historiarum scriptores testimonium.

16 (1637=7).

α) . . . . . ⌊m⌋ . . . . . .
. . . . . um n . . . . ⌊rum⌋
. . . . . fiduc⌊ia gentis⌋
. ⌊spe⌋[s i]*n*uersa ⌊ruina⌋
. ⌊quo⌋[n]⌊da⌋m . . . . [c]⌊epit⌋
. ⌊qu . . . iu praecipe nobis⌋
. . . . . ⌊i pondera uertunt⌋

β) . . . . . *on* . . . . . .
. . . . . *i*tan . . . . . .
. . . ifui . . . . iem . . . . . .
. . . . . e . . li . . . . .
. . . . cu 5
. . . m si . . . . . .
. . . c . qu . . . . n . . . . . .
. . . lauio . . . . . illa
. . . . *id* . . . . . armi[s]
. . . . . rum 10

γ) . . . . [p]arua *cum* a . . . . . .
. . esa ge*nu* . . . . . re *quo* . . . . . .
. . . p*a* . . . . . *in ns* sa . *n* . . . . .
. . . . una d[e]dit . . . le . . . . qui g*u* . . .
. . . . . se . . . . . u . . . . *t*ali c . . . 5
. . . . . q[u] . . . . . .
. . . . . un . . . e . . *qu* . . . . . .

Cleopatra aut Antonius, cum omnis spes perierit (α 4) neque iam Aegyptiorum fiducia permaneat (α 3), alteri suadet ut consilio se adiuuet (α 6), cum hostium naues adsint (α 7), tres constituo partes, quarum una (α) Oxoniensi respondet, reliquae ab utroque primae latere solum in papyro exstant, nec in singulis disponendis litteris, linearum ordine perturbato, non errem. — α: **3 gentis:** *scil.* Aegyptiorum (cf. 14.5). — **4 inuersa:** nam aliter euenit atque illi speraueruint (VAL.FLACC. 3.646 potioribus ille Deteriora fouens semperque inuersa tueri Durus). — **7 pondera** (10.8) **uertunt:** i.q. naues conuertunt. — β **9 armis:** unum hoc uerbum in ea fragmenti parte legitur. — γ: **2 genu:** cf. 12.9. — **4 una dedit:** obscurum, de qua re uel femina agatur.

□ = Cannot seem to deduce from MS1

Con 2

B

Fragmenta quae in **n** *atque in papyro legi possunt.*

17 (A). B-819-CR01-09449-FS8-F148

. . . . . □ . . .
. . . . . rs . . . □ . . .
. . . . . .
. . . . . a . . .
. *a* . . ⌊ *e* ⌋ rt . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . *qu* . . . . .

Appears to be overlying layer

B19-CR01-09449-FS8-F148

18 (B). Sovrapposto

. in . uo . . . . . n
. . . . a . e . . . . . Superimposed line
. . . . . es . . . . . ⌊ k ⌋ . .
. . † ⌊ a ⌋ rene ⌊ t ⌋ . . . . . Entire line inbetween
. . . l 5
. . . . po . . . . . .
. . . . at . . . . . .
. . . . . c . . . . sa . . . .
. . . . . c . i . . . . . .
. . . . . ⌊ s ⌋ 10

19 (C).

. . . . . *um* . . .
. . . . . quae .

. . . . . ar . m .
. e. . . . . be . ld . . .
. . . . . tu or . cen . .
. . . . . na . . . *n* . nec *il* .
. . . . . hort*u* . . . .
. . . . . *i* . . . . . *m* . . . .
. . . . . .

20 (D).

. . ca c*u* . . . . . .
. . . . . m . . . . . *n* . . . . . .
. . . . . ueh . q[u] . . r . . . s. . . . . .
. . . . . n . . . h . . . . u . . . . e . . *n* . . . . . .
. . *ce*q[u] . . . . s . . . . . .
. . . . *u* . . . . . m . . . . . no . . . . . .
. . . . . [f]ix*u*s ter[rore] . . . . . .
. . . cu . . . or ferro . la . . ic . . . . . .
. . . . . † itemes . a u . .
. . . . . is . . . . . .
. . . . . ei*u*sq*u*[e] . .
. . . . . mug . . . .
. . . . . his l*u* . . . . . a et bel . .

21 (G).

. . . . ca s . . . . .
. . . . . c . . . . .
. . . . . *ec de* .
. . . dem *ca* . . .
. . . . . .

. . . . e . . . . . .
. . . pac . . . a . .
. . . . . q [u] . .

E paucis uerbis quae in his frustulis legi possunt, nihil carmini addi potest nisi quaedam terroris imago (20.7 fixus terrore; 20.8 ferro; 20.13 bel[lum?]). e numero uersuum nullum dubium quin frg. 20 (13 uu.) e pluribus partibus constet.

C

Fragmenta quae in papyro supersunt neque ullis apographis probantur.

22.

. . . q*u* . . . ndi . . . . . .
. . . mt*o* . . le . . li . .
. . . *ie* . *o* . c ul*l* . . . .
. . . . ut *u* . . . . . .
. . . . d. . . . . .
. . . . . .
. . . . e . . . . . .
. . . . . .

23.

. . . . . end . *il* . . . . . i n . . .
. . . . . *ale* . . . *m* . . . . . .
. . . . . m . . . . . m . .
. . . . . el. . . lia . . . [be] *ll*i . ta . . . . .
. . . . . ea ad*m* . . . e . *u*ia . . . . . pti . . .
. . . nos . . . . nd . . *c*en . e . . bell . . . . . intau . .
. . . . . clu . . . . . *s* . . . . . se . . . . . .
. . . . . ia . . . . . l . *is* . . . . . ar . . . . . .
. . . . . ica . . . . . *u*is . . . . . .

24.

. . . . . u . . . . . .
. . . . . ul . *ll*o . . .
. . . d . . . . . eotef . .
. . . . q[u] . . . . . ner . . . . . .
. . . . . fa*e*la . . u*m* . . . . . .
. . . . h . . . e . . . . . .
. . . . d . p*e* aia . . . . . .
. . . . . a . quiis . . . . .
. . . . . h . d*e* . . . mn . . . . . .

25.

. . . i . . . .
. . . i*n* . . .
. . . c . . . .

Ne ex his quidem fragmentis, quae columnis I, II, III, VI nulla coniunctione, ultimo excepto, apposita sunt, quicquam aliud carmini addi potest. in frg. 23-24 linearum perturbatarum uestigia seruaui. frg. 25, columnae VI adhaerens ideoque eo loco disponendum, huc nulla sensus iactura transferri potest.

D

Fragmentum omnino deperditum.

26.

. . . n alterius dulc . . .
. . . dem curis crude[libus] . . .

Fortasse dulcibus alterius (Cleopatrae?) alloquiis (u. 1) crudeles alterius (Antoni?) curae (u. 2) discedunt. ad colloquia hi uersus referri possunt quae in fragmentis minoribus (10-12; 16) iam legimus.

COLVMNAE

I-II

I-II. — Caesar in Pelusium impetum facit (*Col.* I) urbeque per Cleopatrae proditionem sibi tradita celerrime potitur (*Col.* II. cf. PLVT. *Ant.* 74; DIO 51.5 sq.; OROS. 6.19).

Constat Caesarem, cum Alexandriam uersus pergens a Syria Aegyptum inuaderet, Pelusium urbem primam cepisse, quod uniuersi historiarum scriptores Cleopatrae factum esse consilio consentiunt (PLVT. *Ant.* 74 ἐνδοῦναι Σέλευκον οὐκ ἀκούσης τῆς Κλεοπάτρας cf. DIO 51.9; OROS. 6.9.14), quae ita se animum uictoris allicere posse speraret.

Pugnatum tamen sub moenibus esse, auctor Dio Cassius est (51.5). itaque non ante, ut ueri simile uidetur, proditio patuit, quam moenia ipsa oppugnata sunt.

I. .....c.....um.....'.
[p]roxim..... [c]ael[es]tia sem[per].....
·† cesar...a...ad [P]hariam.....s.....exc[it]
[fe]rt his ille [pater] nato cum [pro]elia por[t]am,
quem iuuenem [g]ran[d]a[e]uos erat per [c]uncta [sec]u[tus] 5
bella, fide dextraque po[t]ens rerumque per us[um]
callidus adsidu[os tra]ctando in munere [Marti]s.
Imminet opsessis Italus iam turribus [ho]stis,
a[ut d]oma[t obstanti]s, nec defu[it] impetus illis.

1 umqu *Baeck.* || **2** maximus *Kreyss.* | caelestia *Kreyss.* | maxima quo caelestia — ∪ ∪ numina gaudent *Baeck.* || **3** cesar.fa *Morg. Ries.* Caesar fa *Kreyss.* (*librari errorem suspicatus*) *Ries.* Caesaris a *Baehr. Ries.*[1] | apud *Kreyss.*[1] | Phariam *Fea* | Caesaris haut capti Phariam cum uisit amore *Baeck.* || **4** f. h. i. expugnato (*uel* oppugnato) *Kreyss.*[1] artius ille *Baehr.* tertius ille dies aderat *Baeck.* | portus *Morg.* portus *uel* porta *Kreyss.* eiia portu *Kreyss.*[1] ei.laborant *Baeck.* || **5** iuuenes *Ciamp. cett.* | grandaeuos *Ciamp. Kreyss.*[1] *Ries.* nãuos *Baehr.* fora nauos *Baeck.* | sequutus *Ciamp.* secuti *Kreyss.*[1] decernere et armis *Baeck.* || **6** usum *Ciamp. cett.* || **7** adsiduus *Ciamp. Kreyss.*[1] *Ries.* -due *Kreyss.* -duos *Baehr. Ries.*[1] *Baeck.* -duo *Ellis* | tractando *Ciamp. cett.* | Martis *Ciamp. cett. praeter Ries.*[1] belli *Kreyss.*[1] || **8** opsessis *Ciamp. cett.* | Italus *Ciamp. Kreyss.*[1] *cett.* -lis *Fea Kreyss.* | altis *Ciamp. Kreyss.* hastis *Fea* hostis *Kreyss.*[1] *cett.* || **9** adsiliens muris *Ciamp.* Antonius *Morg. neglecta metri ratione* accelerat uulgus *Baeck.* | sa nec *Baehr. Ries.*[1] | defuit *Ciamp. cett.*

1-7. — Primis uersibus quidam uir aetate prouectus apud Pelusium una cum filio pugnans laudatur, cui quidnam nominis esset, ingens ab initio inter doctos controuersia fuit (*Mont.* XVI). e pluribus laudibus patet eum hic primum nominari nullamque prius de eo factam esse mentionem, ideoque ipsum nondum ante Pelusi obsidionem uirtutem ostendisse suam. cum autem de Pelusio obsesso admodum pauca et ea incerta tradita essent, nemo inueniri potuit, cui hi uersus accommodarentur, ne Q. Didius quidem (*Mont.*), qui, cum Arabibus persuasisset ut Cleopatrae naues ignibus delerent (uid. p. 58) atque impediisset ne gladiatorum legio Antonio in Aegypto laboranti subueniret (DIO 51.7), iam ante eam obsidionem maximas sibi laudes parauerat. eadem causa reiciendus uidetur M. Vipsanius Agrippa (*Ciamp.*), cum praesertim iis temporibus, triginta tres annos natus, minime grandaeuos appellari potuerit. Veri simile uidetur agi hic de quodam uiro parum claro qui, dum primum animum suum ostendit, breui laude ornatus inducitur, quod saepe et Homerum (*Il.* 12 sq.) et Vergilium (*Aen.* 2.426 sq.) fecisse constat.

Omisso primo uersu, ubi, papyro consumpta, nihil exstat praeter uestigia in **O** et ea quidem minima (« umqu » *Baeck.*), in secundo e litterarum signis *proxim* legere licet et *semper* cunctanter suspicari. ille uir, fortasse Caesari proximus, caelestia semper colere uidetur, non solum bellica uirtute sed etiam quadam pietate insignis (cf. VERG. *Aen.* 6.403 Troius Aeneas, pietate insignis et armis). longe a litterarum signis discrepat lectio « maxima quo caelestia — ∪ ∪ numina gaudent » (*Baeck.*).

Venio nunc ad locum totius papyri difficillimum. papyro enim attente perlecta, patet in apographis, ac praesertim in Oxoniensi, signa alia addita esse, quae in alio folio huic superposito legi possent, ut uel e dissimili colore apparet. itaque a litteris *cesar a* proficiscendum puto, nec mihi errauisse librarius uidetur (*Kreyss.*) *cesar* pro *Caesar* scribens. si enim huiuscemodi errore deceptus esset, non dubito quin *c* littera ad lineam ceteris uersibus responderet, cum contra una littera, quae primum tenuerat locum, perierit. cum spati ratione detinear ne «duces» uel «uoces» coniciam, quamuis ea uerba optime cum *excit* coniungi possint (cf. *Th. L. L.* s. u. *excio*) nullumque aptius uerbum inueniam, signa quoque quae subsequuntur interpretari omitto. — **ad** (*ap* **ON**, unde « apud » *Kreyss.*[1], cum *ad* clare in papyro appareat) **Phariam...portam:** *scil.* Pelusium, in extrema Aegypto. *Phariam* idem quod *Aegyptiam*, ut saepius apud poetas Augusteos (PROP. 3.7.5; TIB. 1.3.32; OV. *Ars.* 3.270; *Fast.* 5.619; *Pont.* 1.1.38). ut enim Pelusium terra, ita Pharus insula mari ualidissimum totius Aegypti propugnaculum fuit, apte apud Alexandriam situm (STRAB. 17.791; cf. *Bell. Alex.* 26.2 namque tota Aegyptus maritumo accessu Pharo, pedestri Pelusio uelut castris munita existimatur). ceterum uterque locus apud Romanos

usque ab Iuli Caesaris bello Alexandrino fama uiguit, cum et apud Pelusium Mithridates Pergamenus, rex Bospori, Achilla deuicto, iter ad Caesarem conuertisset (*Bell.Alex.* 26) et Pharo prima Caesar in eodem bello potitus esset (CAES.*B.C.* 3.112; cf. *Bell.Alex.* 17 sq.). eadem causa atque in superiore uersu refellenda est lectio « Caesaris haut capti Phariam cum uisit amore » (*Baeck.*).

Paulo leuior difficultas est in u. 4, ubi nunc in papyro « harina » pro « si is ille » (**O**) et « his ille » (**N**) legitur, at paruam foli partem in papyro esse superpositam tam plane patet, ut minime dubitauerim, apographis nisus, Neapolitani lectionem probare, cum in **O** facile litterarum error appareat. quae hinc profectus conieci, ea, quamquam incerta maxima ex parte uisa sunt, tamen proferre ausus sum: « fert his (*scil.* pro Caesaris militibus) pater nato cum proelia portam » (cf. SVEIVS, *Frg.* 1.5 fera proelia bello In Persas tetulere). si quis alias coniecturas recenseat, exceptis quae a litterarum notis discrepant, « expugnato » dignum mentione uideatur (*Kreyss.*[1]), quamuis dubitetur qua ratione cum ceteris coniungi possit. nec quicquam grauius per uocabula « portus » (*Morg.*), « porta » (*Kreyss.*), « laborant » (*Baeck.*) significatur. — **iuuenem** (*scil.* natum) **...secutus:** e papyro nullum dubium quin « iuuenem » legendum sit, non « iuuenes » (**N**), quo errore decepti multi temptauerunt quonam modo plur. « iuuenes » cum sing. « erat » coniungi posset. an « amabant » in superiore uersu periisset dubitauit *Ciamp.* (« quem iuuenes; grandaeuos erat per cuncta sequutus »), parenthesim *Kreyss.* suspicatus est (« quem iuuenes — grandaeuos erat — per cuncta secuti »). nunc autem, detracto plurali, etiam de extremo uersus uerbo (« secutus »; -cuutus *Ciamp.*) dubitandum non est. — **grandaeuos** (*scil.* pater): hoc uocabulum, pluribus Ciampittium secutis probatum, exceptis paucis qui apographo Oxoniensi decepti (« AVOS ») magnis difficultatibus laborauerunt (« nauos » *Baehr. Ries.*[1]; *Baeck.*, multis litteris neglectis,, suppleuit: « fora nauos erat decernere et armis »), nulla est causa cur reiciatur, cum persaepe apud poetas occurrat (PAC.*Trag.* 162; ACC.*Trag.* 68; 245; VERG. *Georg.* 4.392; *Aen.* 1.121; OV.*Ep.* 13.25; *Met.* 5.99; 7.160; 8.520; *Fast.* 2.815. — De forma uid. M. NIEDERMANN, *Phonétique historique du latin*, Paris 1945 p. 60-1). — **fide dextraque:** hic dubitare licet utrum hendiadis (*Ihm* 130) agnoscenda sit ut apud VERG.*Aen.* 4.597 (En dextra fidesque! Quem secum patrios aiunt portare Penatis Quem subiisse umeris confectum aetate parentem.; cf. iisdem fere uerbis 7.234: Fata per Aeneae iuro dextramque potentem Seu fide seu quis bello est expertus et armis) an potius singula interpretanda sint uerba, quasi « fide et uirtute bellica » (dextra i.q. uirtus, sicut SALL.*Cat.* 58.8: memineritis uos diuitias, decus, gloriam, praeterea libertatem atque patriam in dextris uestris portare; VERG.*Aen.* 2.291 si Pergama dextra Defendi possent, etiam hac defensa fuissent). nam *potens* aptius ad corporis uim bellicamque uirtutem pertinere uidetur, quae per incorruptam fidem acrior fiat. — **rerumque per usum** (*Ciamp. hinc cett.*) **callidus:** post fidem et uirtutem sequitur rerum usus (CIC. *Sen.* 2.6 Cato, quia multarum rerum usum habebat; CAES.*B.G.* 3.8,1 scientia atque usu nauticarum rerum) quo homines callidi (Fr. *esperti*) fiant (CIC.*Nat.De.* 3.10.25 uersutos eos appello, quorum celeriter mens uersatur, callidos autem, quorum, tamquam manus opere, sic animus usu concalluit; SALL.*Cat.* 3.17 homines prudentes natura, callidi usu, doctrina eruditi; OV.*Ep.* 20.17 Non ego natura nec sum tam callidus usu. — In re militari: CIC.*Inu.* 1.34.58; *Off.* 1.30.108; NEP.*Hann.* 5.2). — **adsiduos t. i. m. Martis:** « adsilue » (*Kreyss.*) et « adsiduo » (*Ellis*) ratione spati habita probanda non uidentur. quod ad finem uersus pertinet, antequam in **O** inuenta S littera est, quae in papyro quoque exstat, iam omnes, uno excepto (« munere belli » *Kreyss.*[1], *plura referens exempla*), *Martis* coniecerant, nonnullis et ipsi locis freti (LVCR. 1.33 belli era moenera Mauors Armipotens regit. — ceterum iam a priscis poetis *Mars* pro

bello in usum uenerat, uelut ENN.*Frg.* 10 Valm.: Quum ueter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo).

8-9. — **Italus...hostis:** E multis quae multi coniecerunt, lectio « Italus hostis » (*Kreyss.*[1]; *Ries.*; *Baehr.*; *Baeck.*) longe praestare uidetur, cum praesertim *Italis* (*Fea, unde* « Italis...hastis »; *Kreyss.*) spati ratione refellendum appareat et *altis* (*Ciamp.*; *Kreyss.*) a papyro (« stis ») dissideat. Italus hostis Caesar est, qui iam pridem Italiam, quam Antonius reginae praedam offerre conaretur, se defendere significans, ab illa dux belli Actiaci creatus erat (*Res gest.* 25.2 iurauit in mea uerba tota Italia sponte sua et me belli quo uici ad Actium ducem depoposcit; cf. VERG.*Aen.* 8.678 Hinc Augustus agens Italos in proelia Caesar...Hinc ope barbarica uariisque Antonius armis. uid. *Wurz.* 39-40) eamque sequentibus temporibus legibus institutisque auxerat (*Par.* 551 sq.). ceterum hostis rei publicae Antonius non solum usque ab a. 44 habitus erat (CIC.*Phil.* 4.1.1 nam est hostis a senatu nondum uerbo appellatus, sed re iam iudicatus Antonius), sed etiam ab Octauiano eodem nomine reiectus (PLVT.*Ant.* 60; DIO 50.4.3-5). itaque etiam Octauianus Antoni « hostis » appellatur, neque dubitari potest quin et alias Rabirius eodem nomine usus sit. huc denique referri potest Senecae locus de quo supra (p. XXX) mentio facta est, ubi ueri simile uidetur quoddam Rabiriani carminis uestigium superesse: *Ep.* 83.25 haec illum res (*scil.* Cleopatrae amor una cum ebrietate) hostem rei publicae, haec hostibus suis imparem reddidit). — **turribus:** *scil.* Pelusia moenia (II.5), ut omnes interpretati sunt, excepto *Kreyss.* qui, lectionem « turribus altis » secutus, de tormentis agi credidit quae moenibus oppugnandi causa admouerentur, qualia apud Vegetium (4.17; cf. CAES.*B.C.* 2.8.1 sq.) inuenimus. at persaepe *turres* idem significare atque *moenia* e pluribus Augusteorum poetarum locis patet (cf. VERG.*Aen.* 9.470 Ingentisque tenent fossas et turribus altis Stant maesti). — **aut domat obstantis:** praetermissis prioribus lectionibus (« adsiliens muris » *Ciamp.*; « Antonius » *Morg. neglecta metri ratione;* « accelerat uulgus » *Baeck.*) quae ab apographorum lacuna originem deduxerunt, e litterarum notis « aut domat obstantis » suspicari possumus. nam *domare* haud raro pro *uincere* uel *deuincere* usurpatur (LIV. 7.5.23; 8.26.7; VERG.*Aen.* 2.198; OV.*Pont.* 4.10.79) ita ut *obstare* pro *resistere*, praesertim de densis ordinibus sua mole hostes sustinentibus (SALL.*Cat.* 58.6; LIV. 40.25.7). — **illis:** *scil.* obstantibus militibus ne Pelusium capiatur, qui et ipsi fortissime pugnant (*impetus* i. q. *animus*, Fr. *slancio*, ut apud LIV. 2.45.7: ut aduersando demorandoque... militi adderent impetum; cf. 10.19.14; 28.36.2). nisi uocabulum *obstantis* uel aliud huic simile coniceretur, de Caesaris militibus ageretur, ideoque multo languidior uersus appareret, quasi possent impetu uictores confidentiaque carere. hoc contra animos legentium maxime mouet, quod milites Pelusium defendentes acerrime ignari pugnant, antequam reginae proditionem animaduertunt.

= Hagler's Ann. D. a.

II. . . . . [illo]s [se]qu[itur] . . . . . .
. . . . . [fugiu]nt ipso[que infecta cr]u[o]re
[funera succ]edunt patr[iis defor]mia t[e]rris,
[et foed]a i[psa m]agis quam s[i co]ng[e]sta later[e]nt,
cum [s]uper[ans La]tius Pelusia [m]oenia Caesar 5

[coep]erat im[pe]riis animos cohi[be]re su[o]rum:
« Quid [c]apitis iam [ca]pta iacen[t] quae [praemia belli?]
subruitis ferr[o me]a moenia. quondam er[at h]ostis
haec mihi cum d[iu]a plebes quoque:; nu[nc sibi] uictrix
uindicat h[anc fa]mulam Romana pote[ntia ta]ndem ». 10

---

1 illis loquitur *Baeck.* || **3** funeraque adcedunt *Ciamp.* concedunt *Baeck.* | deformia *Ciamp.* ea praemia *Kreyss.* *Baeck.* haec p. *Kreyss.*[1] || **4** et foeda illa magis *Ciamp.*, *qui et aliter uu. 3-4 suppleri posse putauit:* proelia succedunt patriis infamia terris, Infanda illa magis quam si nos gesta laterent | congesta *Kreyss.*[1] nos ista *Ellis* quos ista *Baeck.* || **5** cuperet *Ciamp. Ellis Baeck.* cum super *Fea Kreyss.*[1] cum superante *Merk.* | potius *Ciamp.* alius *Merk.* illius *Kreyss.*[1] Latius *Ellis Baeck.* || **6** uix erat *uel* par erat *Ciamp.* coeperat *Fea cett.* || **7** capitis *Ciamp. cett.* rapitis *Pis.* | praemia belli *Ciamp. Kreyss.*[1] prona quid usque *Merk.* subruta uerbis *Ellis Baeck.* || **9** domina *Ciamp. Ellis* socia *Kreyss.*[1] *Pis.* summa *Merk.* regia *Baeck.* | nunc sibi *Ciamp. Kreyss.*[1] *cett.* coniuge *Baeck.* || **10** hanc famulam *Ciamp. cett.* his tremulam Romam *Fea* | romana potentia tandem *Ciamp. Kreyss. Ries. Baeck.* r.p. eandem *Merk.* gentem *Ellis*

1-4. — **illos** (*scil.* obstantes) **sequitur** (Italus hostis; *sequitur* pro *insequitur* uelut Caes.*B.G.* 7.47.3; Verg.*Aen.* 11.674; Hor.*Sat.* 2.7.115): « illis loquitur » (*Baeck.*) quae uerba ad quem sermonem possint referri haudquaquam patet. — **fugiunt:** e superiore uersu (*sequitur*) coniecerim. extremam huius partem ita supplere fortasse licet: « ipsoque infecta cruore » (eiusmodi clausula saepius occurrit: Lucr. 1.618; 4.844; 6.1149; Verg.*Aen.* 4.664; 9.333; Ov.*Met.* 9.182). huius loci uel aliorum huic similium uestigia fortasse apud Senecam exstant (*Clem.* 1.11.1 nempe post mare Actiacum Romano cruore infectum; (cf. p. XXX). — **funera succedunt** (*scil.* turribus uel moenibus): potius quam « adcedunt » (*Ciamp.*), cum iam Caesaris milites sub iis moenibus sint quae mox subruent (u. 8; idem uerborum ordo Caes.*B.G.* 2.6.2: portis succedunt murumque subruunt). — **deformia...et foeda** (*Ciamp.*): *scil.* funera Aegyptiorum in patria sua cadentium. longe aliter *Kreyss.* « ea (haec *Kreyss.*[1]) praemia » (« concedunt...praemia » *Baeck.*), obscura ea uerba professus, at nisi quid in u. 4 erratum est, agitur hic de Aegyptiorum cadaueribus, quorum non tantum species aspectusque deformis dicitur, quantum eiusmodi mortis genus (hoc sensu *deformis* haud raro una cum *foedus* occurrit, uelut Cic.*Tusc.* 4.16.35 quid...est non miserius solum, sed foedius etiam et deformius?; cf. Liv. 27.31.5. hac de causa minus probanda uidentur quae idem *Ciamp.* aliter conici posse putauit: « infamia...infanda ») cum non solum in patria male defensa perierint, sed etiam funeribus ipsis (*scil.* cadaueribus, cf. Verg.*Aen.* 6.510; Prop. 1.17.8. languidius « illa », *Ciamp.*) sparsis disiectisque fugae suae testimonia relicturi sint. si enim cadauera ita « congesta » (*Kreyss.*[1]) essent ut inferiora sub superioribus laterent, id signum summae uirtutis (cf. Liv. 22.7.5) praeclarumque apud posteros esset. quae alia alii interpretati sunt (« nos gesta » *Ciamp.*, « gesta » *Ries.*, « nos ista » *Ellis*, « quos ista » *Baeck.*) ad aliam infirmioremque pertinent sententiam: si atrox eorum memoria periisset, leuiora auditu posteris illa futura fuisse.

5.-6. — **superans:** hoc uocabulum conieci e uersuum superiorum cum sequentibus comparatione. nunc enim Caesar omni spe facilius moenia superans (= *ascendens*, cf. Verg.*Aen.* 2.302 summi fastigia tecti Ascensu supero; cf. Liv. 5.8.10) Seleuci proditionem certamque iam atque exploratam uictoriam sentit. cum enim prius oppidani acriter restiterint, nunc contra, quasi captum Pelusium sit, uictor gloriatur. obscurius *Ciamp.* « cum cuperet potius », quasi Caesar ad Pelusium capiendum festinans aliquid post terga reliquerit, quod quale sit nullo historiarum testimonio demonstrari potest. procul dubio clarius « cum superante alius » (*Merk.*; « super » *Fea*), i.q. mutatus ab illo, a bellico impetu ad clementiam uersus, quod facilius probaretur si, oppido capto, pugna iam esset intermissa neque reliqua uictoris uerba acriorem animum ostenderent. neque praetermittendum uidetur quod *alius* cum ablatiuo perraro occurrit (Varr.*Rust.* 3.16.23; Cic.*Ep.Fam.* 11.2.2; Hor. *Sat.* 2.3.108; *Ep.* 1.16.20; 2.1.240). — **Latius** (*Ellis; Baeck.*; « illius » *Kreyss.*[1], nullo sensu firmatum): Lati mentio (cf. 8 *Italus*) iure ad Augustum pertinet, qui inter uetera Latium quoque, primam rerum Romanarum sedem, pie sancteque coluit et tam saepe Italiam Latiumque inter se una eademque religione coniunxit, ut apud aequales poetas haud raro simul memorentur (cf. Verg.*Aen.* 12.826 Sit Latium, sint Albani per saecula reges, Sit Romana potens Itala uirtute propago; Prop. 3.4.5 Ausoniis ueniet prouincia uirgis, Assuescent Latio Partha tropaea Ioui). — **Pelusia moenia:** munitissima ea fuisse testatur Strabo 17.802. *Pelusia* e poetarum usu (Mart. 13.9; Luc. 8.460) pro uulgatiore forma *Pelusiaca* (Verg.*Georg.* 1.228 Pelusiacae...lentis; Plin. 6.29.33 Pelusiacum linum). — **coeperat** (*Fea cett.*): longe aptius quam « uix erat » (*scil.* par, idoneus) uel « par erat » (= decebat, aequum erat: *Ciamp. utrumque*) ad ducis fortitudinem auctoritatemque adumbrandam. — **cohibere:** *scil.* a pugna, cum iam pateret oppidum, non a populatione (*Mont.*; *Egg.*; *Kreyss.*; *Ferr.*; *hinc* rapitis *Pis.*). in eodem rerum statu Verg.*Aen.* 12.314: O cohibete irasi ictum iam foedus et omnes Compositae leges).

7-10. — **quid capitis iam capta:** in hoc uictoriae nuntio dubito an non recte fecerint qui (*Ciamp.*; *Ihm*; *Ferr.*) ad illud Vergilianum confugerunt (*Aen.* 7.293 Heu stirpem inuisam et fatis contraria nostris Fata Phryguml num Sigaeis occumbere campis, Num capti potuere capi? num incensa cremauit Troia uiros? medias acies mediosque per ignis Inuenere viam. cf. Enn.*Ann. Frg.* 210 Valm.) quo Troiae fortuna per Romanos renascens memoratur. accedamus potius (*Kreyss.*) ad uetus prouerbium « acta agere » (Cic.*Am.* 22.85 et acta agimus, quod uetamur uetere prouerbio. cf. A. Otto, *Die Sprichwörter und sprichwörtlichen Redensarten der Römer*, Leipzig 1890 *s.u.*), quamuis uerba ipsa per se, nulla alia adiecta significatione, ad sensum satis sint. — **praemia belli:** optime *Ciamp.*, uulgata clausula usus (*Dirae* 85; Tib. 2.15.115; cf. Verg.*Aen.* 11.78 praemia pugnae). aeque probandum « quae prona? (cf. Ov.*Amor.* 3.14.47 Prona tibi uinci cupientem uincere palma est; Tac.*Agr.* 33 omnia prona uictoribus, eadem uictis aduersa) quid usque » quamuis contortius difficiliusque. obscure *Ellis* et *Baeck.* « subruta uerbis », nisi omnia colloquiis de proditione habitis subruta dicantur, quae nunc ferro milites subruant. — **subruitis:** hinc Propertius 3.9.55; uid. p. XXIX. — **dina:** antequam de hoc uerbo rationem reddo, paucis absoluam quae alii coniecerint. « domina » (*Ciamp.*; *Ellis*), « summa » (*Merk.*; scil. « cum reliqua Aegypto) a spatio discrepant, quamuis *domina* (= dux, regina; cf. Verg.*Aen.* 11.803; Sen.*Tro.* 80) aptissimum uerbum sit; « regia...coniuge » (*Baeck.*) reiciendum uidetur et propter synizesim *regia* et quod *coniuge* a litterarum notis discrepat; « socia » (*Kreyss.*[1]) optime de regina dici potest, quae et iam multo ante foedus cum Romanis icere ausa sit (Dio

43.27) et nunc quoque Romanis fauerit (*Pis.*). sed cum e papyro primam huius uerbi litteram potius **d** uel **p** quam **s** legi oportere constet, ita « diua » conicere ausim, in Romanorum similitudinem qui et Iulium Caesarem diuinis cultum honoribus eodem ornauerant nomine (Dio 43.14.6; 21.2 cf. Nep.*Att.* 19.2; Verg.*Aen.* 8.792; Ov.*Trist.* 3.1.78 — uid. *Par.* 343 sq.) et Octauianum quoque diuum appellauerunt (CIL 10.7263; cf. *Par.* 454 et al.), atque in Cleopatrae ludibrium, quae ex Aegyptio more, cum iam a. 51 fratri Ptolemaeo nupsisset, per Isidis Osiridisque imitationem communem uitam amoremque in regno instituerat (*Par.* 245) et paulo post Antonium diuino acceptum ornatu per ἱερογαμίαν, Veneris Dionysique numina secuta, sibi sociauerat (Plvt.*Ant.* 24-5; *Par.* 338 sq.). — **plebes:** Aegyptiorum exercitus, quasi multitudo animo carens (cf. Hor.*Ep.* 1.1.59). — **nunc sibi:** recte *Ciamp. cett.* — **hanc famulam:** *scil.* reginam iam paene deuictam, quae Octauianum quasi dominum salutauisse dicta est (Dio 51.42 ὦ δέσποτα, *Pis.*). — **Romana potentia** (saepius apud poetas Augusteos in eadem positione: Verg.*Aen.* 8.99; Ov.*Met.* 15.877; *Fast.* 2.483; *Trist.* 5.2.35; *Ihm, Ferr.*) **tandem:** postquam Romani diu in Cleopatram alibi pugnauerunt, nunc tandem ipsam in regno suo deuincunt. languidius « eandem » (*Merk.*), unde duplex quiddam molestumque *hanc...eandem*, et « gentem » (*Ellis*), cum bellum non tantum in populum quantum in ipsam reginam inferatur. admodum obscurum neque congruens cum spatio « his tremulam Romam » (*Fea*).

III - IV

III-IV. — Cleopatra cum quodam uiro disputat utrum bellum in Caesarem persequendum an componendum sit. postquam ille eam ne animum demitteret hortatus est (*Col.* III), regina se iam de uictoria desperare profitetur, cum praesertim minime fidat Antonio (*Col. IV*).

Nullum de eiusmodi colloquio testimonium apud rerum scriptores occurrit, quamquam extremis belli temporibus non Antonium solum seruiisse Cleopatrae sed etiam utrumque saepius sibi uni consuluisse constat (*Par.* 440-1), quod planius post Pelusium amissum patuit.

Plerisque (*Mont.; Egg.; Ellis; Ferr.*) uisa est Cleopatra respondere se Antonio fidere ideoque bellum in Caesarem persequi uelle, quod mihi quidem non solum a rebus absonum uidetur, cum iam ipsa apud Pelusium uictori fauerit, sed etiam debilius: nam si ambo unum idemque sentirent iners haud dubie colloquium esset. ceterum in eius responso plus desperationis quam uigoris apparet.

= Hagler's E.A.

III. . . . . lius . . . . . .
. . . . . im . . . . . o . . . . . u . . . . . .
. . . . t Al[e]xandro tha[l]amos [o]ner[a]re de[o]rum
di[co] etiam no[l]uisse deam uidiss[e t]um[ultu]s
Actiacos, cum [c]ausa fores tu ma[xi]ma [be]lli, 5
pars etiam im[per]ii. quae femina t[an]ta, ui[r]orum
quae serie[s] antiqua [f]uit? ni gloria mendax
multa u[et]us[t]atis nimio c[onc]edat honoris

---

1 Iulius *Baeck.* || **3** fas et *Ciamp.* linquit *Baeck.* | intrare *Ciamp. cett.* onerare *Ellis Baeck.* || **4** dico *Ciamp.* diram *Kreyss.* dic *Pis.* | doluisse *Ciamp. Fea Kreyss.*[1] potuisse *Kreyss. Ries. Baehr. Baeck.* | triumphos *Ciamp. Kreyss.*[1] *Baeck.* tumultus *Fea Kreyss. Pis. Ellis* || **5** maxuma *Baeck.* || **6** imperii *Ciamp. cett.* | tanta *Ciamp. cett.* || **8** uetustatis *Ciamp. cett.* | concedat *Ciamp. cett.* conquaerat *Ellis* | honori *Ciamp. cett.* -ris *Kreyss. Baehr. Ries.*[1]

1-6. — Praetermissis primis uersibus unde nihil, ne « Iulius » quidem (*Baeck.*) pro certo legimus, cum etiam in initio u. 3 quae coniectae sunt lectiones uel spatio (« fas et » *Ciamp.* nisi forte « fasque et » suspicemur; « dic » *Pis.*) uel sensu (« linquit » *Baeck.*) refellantur, ad Alexandrum, Macedonum regem, ueniamus qui, Aegypti et ipse princeps atque in deorum numero e uetere consuetudine habitus (M. P. Nillson, *Geschichte der Griechischen Religion*, II, München 1950, p. 137 sq.), hic memoratur ut Cleopatrae exemplo sit (*Mont.*) non posse reginam Aegypti ab externis hostibus deuinci. — **thalamos onerare** (*Ellis* recte, Oxoniensi fretus. ceteri uulgatius « intrare », cf. Verg.*Aen.* 6.623; Ov.*Met.* 8.84; 8.816) **deorum:** i.q. deorum uitae interesse. — **dico** (*Ciamp.;* « diram » *Kreyss.;* « dic » *Pis., at spatium ab utroque neglectum*) **etiam noluisse deam** (*scil.* Isidem *Ciamp.; Mont.; Pis.;* cf. II.8) **uidisse tumultus** (*Fea; Kreyss.; Pis.; Ellis*): de uocabulo *noluisse* nullum e papyro dubium, cum ceteri, apographis decepti, uel *doluisse* (*Ciamp.; Fea; Kreyss.*[1]) uel *potuisse* (*reliqui*) coniecerint. quod denique ad extremum uerbum pertinet, « tumultus » (*Fea; Kreyss.; Pis., Ellis*) pro « triumphos » (*Ciamp., Kreyss.*[1] *Baeck.*) sensu aptiore maluimus. nam uix credibile est uirum Cleopatrae fidelissimum, cum de clade Actiaca mentionem faciat, praeclaro triumphi nomine uti quasi Octauianum e bello Actiaco triumphantem (29 a.Ch.n.; cf. *Res Gest.* 4; CIL I² p. 180) poetae personam gerens commemoret, nec potius illam pugnam « tumultum » appellare, i.q. proelium inordinatum neque iustum (Cvrt. 6.16.12 tumultus magis quam proelium fuit). ceterum apud Actium Cleopatram Antoniumque ante fugisse constat quam tota acie summis utrimque uiribus pugna undique committeretur (*Par.* 435 sq.). — **uidisse:** infinitus, aoristicus qui nuncupatur, qualis saepius cum praeteritorum formis coniunctus occurrit (Liv. 30.44.7 tunc fleuisse decuit; Lvc. 5.796 sustinuit dixisse « uale »; cf. Camp.-Pighi 2.146-7; Ernout-Thomas 260 ²). — **Actiacos:** hoc uocabulo bellum apud Actium significari solet (uid. p. I), varius autem *Actius*

apud poetas quadam praeditum grauitate legitur, uelut VERG.*Aen.* 3.280 Actiaque Iliacis celebramus litora ludis; 8.675 In medio (*scil.* scuto) classis aeratas, Actia bella; PROP. 2.1.34 Actiaque in Sacra currere rostra Via (2.16.37; 4.6.17. cf. per iocum HOR.*Ep.* 1.18.61). praecipuus *Actius Apollo,* cui Octauianus, uictoriam consecutus, et spolia sacrauerat et templum fecerat magnificentius (*Par.* 438). illum et iam Vergilius in octauo Aeneidos (704 sq.) in scuto Aeneae effinxerat et saepe ceteri poetae Augustei memorauerunt (cf. PROP. 4.6.67; *El.Maec.* 1.51). idem fere quod *Pelusius -iacus* (uid. II.5). — **causa...belli:** secundum illius uiri indolem nulla hic est obiurgatio qualis alibi iisdem fere uerbis occurrit (VERG.*Aen.* 7.552; 12.567. cf. *Ihm*), sed regina quadam laude extollitur, quippe quae « maxima » (« maxuma » *Baeck*) eius belli pars et fuerit et sit, quod de omnium gentium imperio geratur. — **fores:** pro *esses,* nulla in futurum significatione, ut contra alibi (CIC.*Att.* 10.14.3 multo se in suo lectulo malle, quicquid foret). — **pars... imperii** (*Ciamp. cett.*): haec laudis pars a proelio Actiaco non abhorret; maxime enim Cleopatrae consilia in proeliandi ratione ualuerunt, quae non solum parti classis praefuit, sed etiam, plerisque inuitis, Antonio persuasit ut, minus legionibus contisus, naualem maxime susciperet pugnam (*Ciamp.; Par.* 434 sq.). quod autem *Kreyss.* et *Ihm* arbitrati sunt posse hunc locum cum nonnullis Vergilianis comparari ubi aliqua « pars belli » commemoraretur (*Aen.* 10.426 At non caede uiri tanta perterrita Lausus, Pars ingens belli, sinit agmina; 10.737 Pars belli haut temnenda, uiri, iacet altus Orodes. cf. SIL. 10.222-3), hic locus in hoc mihi differre uidetur, quod apud Vergilium belli pars ille dicitur qui uel sua uirtute et hostibus metum et suis animum addat, uel rerum ipsarum necessitate omni studio ad bellum incumbat, hic contra imperium uere ex auctoritate institutisque exercetur. similius PROP. 1.6.33: Seu pedibus terras seu pontum carpere remis Ibis et accepti pars eris imperii (*Wilh.* 296).

6-9. — Regina magis magisque laudibus extollitur, cui nulla par umquam femina (*Ciamp. cett.*) fuerit uel uir e maiorum « serie » (OV.*Met.* 13.29; *Pont.* 3.2.109; STAT. *Theb.* 6.268. cf. *Kreyss.*[1]), quorum laudes fieri potuerit ut, quo « uetustatis » (*Ciamp. cett.*) decore essent, mendaci gloria augerentur, qua sententia saepe Romani scriptores poetaeque usi sunt (uelut LIV. 1. *Praef.* 7: datur haec uenia antiquitati, ut miscendo humana diuinis primordia urbium augustiora faciat). — **concedat:** ex apographo Oxoniensi *Ellis* « conquaerat » coniecit, quamquam id uerbum nusquam alibi nisi in inscriptionibus (CIL 1.198.31 et 34; 10.6950) occurrit, quare, errorem in **O** suspicatus, uetus uocabulum « concedat » (*Ciamp. cett.*) potiore clarioreque sensu seruare non dubitauerim (*Rhet. Her.* 4.2.4 intellegent non omnia concedenda esse antiquitati). — **honoris:** cum in **N** *s* littera periisset, multorum sententia fuit hic datiui formam adhiberi, donec, reddito ex **O** toto uocabulo, genetiui forma apparuit (*Baehr.; Ries*[1]*.; Ferr.* — ceterum iam *Kreyss.*), quae cum e papyro quoque probetur, aliud nomen (« iam studio »?) in posteriore uersu cecidisse patet.

IV. .....rn.....no.....

« Saepe eg[o] quae ue[te]ris cu[ra]e [se]rmonibu[s] a[ngo]r—
qua[s] igitur segnis [e]t[ia]nnunc quaerere causas
exs[a]ngu[i]sque moras uitae libet? Est mihi coniunx,

= Hayter's Frgs. 4

[Part]h[os qu]i posset [P]hariis subiungere regnis, 5
qui s[pre]uit, nostr[a]eque mori pro nomine gentis.
his igitur [p]artis a[ni]mu[m] didu[ctu]s in om[n]is,
[q]uid uelit incertum est, terr[i]s quibus aut quibus undis

---

1 anu *Baeck.* || **2** saepe ego *Ciamp. cett.* s. est *Fea* | ueteris curae *Ciamp. Fea Kreyss. Ries.* uestris curae *Kreyss*[1]*. Baehr. Ries*[1]*.* ueteris culpae *Ellis Baeck.* | sermonibus *Ciamp. Kreyss*[1]*. cett.* omnibus *Kreyss.* | angor *Ciamp.* inflor *Baeck.* || **3** qua fugitur lux erro *Ciamp.* quas igitur *Kreyss.*[1] *cett.* | tamen *Ciamp.* leti *Baehr.* etiamnunc *Ellis* | quaerere causas *Ciamp. cett.* || **4** exiguasque *Ciamp.* (*qui uu. 2-4 et aliter legi posse suspicatus est:* Saepe ego quae Veneris curae sermonibus auctae Quas igitur, fac posse tamen, nunc quaerere causas Exiguasque moras uitae libet?) exanguisque *Kreyss.*[1] *Baehr. Ries.*[1] -gues *Baeck.* | mores *Kreyss.* -ras *Kreyss.*[1] || **5** Parthos qui *Ciamp.* Parthos si *Kreyss. Baeck.* Parthica si *Ellis* || **6** spreuit *Ciamp.* statuit *Fea Kreyss. Ries. Baehr. Ellis* spem aluit *Baeck.* || **7** hic *Ciamp. Ries. Baeck.* his *Kreyss.*[1] | animum diductus *Ciamp. Ries. Baehr. Baeck.* numum diducere *Fea* animum diducere *Kreyss.* animus diductus *Kreyss.*[1]

1-4. — Iam a u. 2 (nullum in primo certi uerbi uestigium, ubi tantum « anu » *Baeck.* suspicatus est) Cleopatra se omnem spem amisisse profiteri uidetur, quamquam et extremum uerbum periit et de aliis ualde est disputatum, nam cum de uocabulis *saepe, ego, sermonibus* (*Ciamp.*) non sit dubitandum (« est » *Fea;* « omnibus » *Kreyss.*, antequam **O** uulgatum est), reliqua uerba ita suppleri posse puto: « ueteris (languidius « uestris »?) curae », qua regina a Caesaris Pompeique certaminibus usque ad hanc aetatem exagitata sit (*Par.* 248 sq.; 424 sq.; cf., iisdem uerbis, CIC. *De orat.* 3.1.1 acerba sane recordatio ueterem animi curam molestiamque renouauit). paulo minus probandum « culpae » (*Ellis, Baeck!*), *scil.* de coniugio cum Antonio (cf. infra u. 4), ut apud Vergilium de Didone (*Aen.* 4.172 Coniugium uocat, hoc praetexit nomine culpam), quasi poeta ipse per eius uerba sententiam ostendat suam. — **angor** (*Ciamp.;* « inflor » *Baeck.* cf. u. 6): in **O** *a* pro *f* e similitudine uestigiorum legere licet, cum praesertim saepissime *angi curis* usurpetur (CIC. *Brut.* 3.10; *Att.* 3.15.2; LIV. 24.2.4; 26.7.6; 27.47.6. apud poetas saepe in fine uersus: LVCR. 4.1134; VERG.*Aen.* 9.88; HOR.*Ars* 120; OV.*Rem.* 571). — **quas igitur** (*Kreyss*[1]*.*): subinde regina, cum nondum sententiam suam perfecerit, exsuperante dolore acrius clamare incipit, qua animi uehementissime commoti imagine saepe poetae utuntur (VERG.*Aen.* 1.133 Iam caelum terramque meo sine numine, uenti, Miscere et tantas audetis tollere moles. Quos ego...! sed motos praestat componere fluctus). — **segnis** (**O**)**...quaerere** (*Ciamp. cett.*) **causas:** i.q. causas uiuendi simulare (IT. *trovar pretesti*) ut TER.*Eu.* 1000; CIC.*Inu.* 2.43; *Vat.* 6, cum iam omnia perierint. admodum hoc loco consumpta papyro, satis sunt apographa, ubi tamen uocabulum *segnis* in **N** omissum causa fuit cur *Ciamp.* alia longe dissimilia excogitaret (« qua fugitur lux, erro tamen » cf. de alia coniectura in app.). — **etiamnunc** (*Ellis, qui tamen* -mnunc; leti *Baehr.*, ab **O** discrepans): saepe pro *etiamnunc* (VEL. *Gramm.* VII.78.19; STOLZ-LEUMANN p. 166[5]). — **exsanguisque** (*Kreyss.*[1]*; Baehr.;* -guesque *Baeck.;* exiguasque *Ciamp. spatio neglecto*) **moras**

(mores *Kreyss.*, *nullo certo in superioribus uerbis sensu*) **uitae:** hic rara adhibetur imago (nam *exsanguis* raro de rebus inanimis occurrit, uelut Ov.*Met.* 2.831: pallent amisso sanguine uenae...Oraque duruerant signumque exsangue sedebat), quasi « mihi exsangui ».

4-9. — **coniunx:** *scil.* Antonius, cui in primis coniugium (cf. supra IV.2) cum Cleopatra asperrime ab Augusto in contumeliam obiectum esse constat (Wurz. 33), lateque eam obiurgationem poetae rettulerunt (cf. Prop. 3.11.31 obsceni pretium Romana poposcit Moenia et addictos in sua regna patres, *Alf.* 200; Verg.*Aen.* 8.688 sequiturque —nefas— Aegyptia coniunx; Ov.*Met.* 15.826 Romanique ducis coniunx Aegyptia, taedae Non bene fisa cadet). — **Parthos qui** (*Ciamp.*; si *Kreyss.*, Parthica si *Ellis*, a spatio discrepantes) **posset:** priscam lectionem non mutaui, cum nullo litterarum uestigio niti possem ut *cum* suspicarer, quod uocabulum mihi optimum uisum erat. Concessiuum tamen enuntiatum in prop. relatiua admodum probandum apparet. — **Phariis:** cf. 1.8. — **subiungere:** *scil.* subicere, uelut Cic. *Verr.* 3.21.55 urbes multas sub imperium populi Romani dicionemque subiunxit; Verg. *Aen.* 8.502 Nulli fas Italo tantam subiungere gentem. — **spreuit** (*Ciamp.*; cum. inf. apud poetas: Hor. *Carm.* 1.1.21; Ov. *Met.* 9.117): ex hoc uerbo totius loci sensus pendet, utrum Cleopatra Antonio fidat an omnem de eo spem amiserit, at obscurus est locus, cum in papyro eadem occurrant quae I. Hayter transcripsit (**O**). cum autem nulla hinc (« unit ») praeteriti forma (cf. *posset*) apta inueniri possit atque e litteris fractis aliisque signis papyrus pessime mulcata uideatur, nihil potius est mihi quam ut aliquid turbatum suspicer atque ueterem seruem lectionem, historiarum scriptoribus confisus, apud quos scriptum legimus, postquam a. 32 Q. Domitius Ahenobarbus et C. Sosius, superioris anni consules, aucta Octauiani potentia ad Antonium confugissent, omnes illum copias in Parthos paratas Ephesum in aduersarium ducendas conuocauisse, inuita Cleopatra, quae summum in Orientem imperium mente complecteretur (Plvt. *Ant.* 56; *Par.* 430-1). neque crediderim hic mentionem fieri de bello in Parthos quod Antonius nec umquam spreuerat et magno apparatu susceptum, rerum difficultatibus uictus, a. 36 intermiserat (*Par.* 425-6). sin autem altera lectio probaretur (« statuit » *Fea; Kreyss.; Ries.; Baehr.; Ellis cunctanter.* eodem sensu « spem aluit » *Baeck.*), agi hic uideretur de alio quodam bello quod Antonius imminente Caesare in Parthos parauisset, quod nec id temporis Antonium animo agitasse ueri simile est nec ullum eius usquam testimonium superest. — **his** (*Kreyss.*[1]): potius quam « hic » (*Ciamp.; Ries.; Baeck.*), apicis causa. — **animum** (*Ciamp.*; « animus » *Kreyss*[1]. *a spatio discrepans*) **diductus** (*Ciamp.; plerique;* « diducere » *Fea; Kreyss.*, at nullo modo infiniti forma ad cetera referri potest): Verg. *Aen.* 5.720 in curas animo diducitur omnes. cf. paulo aliter 4.285; 4.630; 8.20 (*Kreyss.; Ihm*). admodum obscurum « numum diducere » (*Fea*). — **terris... undis:** haec uulgatissima apud poetas imago (simillimam huius, inter ceteras, apud Vergilium legimus in Sinonis questu, 2.69: Heu quae nunc tellus, inquit, quae me aequora possunt Accipere? aut quid iam misero mihi denique restat?; cf. 1.599; 10.55; 12.803; Ov.*Met.* 8.185) ad ipsas Antoni Cleopatraeque uicissitudines referri potest, qui post cladem Actiacam alias terras aliaque maria petere conati, incensis a C. Didio nauibus, id facere non potuisse dicebantur (Plvt.*Ant.* 69; Dio 51.7.17; Oros. 6.19.13. uid. p. 58). in subsequenti uersu uel *fidat* (Verg.*Aen.* 7.290 iam fidere terrae, Deseruisse rates) uel *consistat* (Verg.*Aen.* 1.629 per multos...fortuna labores Iactatam hac demum uoluit consistere terra. — abl. sine praep. ut saepe in militari sermone: Caes.*B.G.* 4.23.6 aperto ac plano litore. cf. Ernout-Thomas 98[2]) uel aliud huiuscemodi uerbum periisse ueri simile est.

V - VI

V-VI. — Cum Cleopatra aliquos capite damnatos omni supplicorum genere ad lenissimam sibi deligendam mortem afficere constituerit omniaque quasi ad bellum arma parauerit (*Col.* V), alii alio modo pereunt (*Col.* VI) (Plvt.*Ant.* 71; Dio 51.11. 2; Zon.*Ann.* 10.31).

Vt praeclare F. Sbordone (*Sbord.* 1-20) demonstrauit, haec experimenta Cleopatrae fama tributa sunt postquam ipsam se aspide interemisse compertum est, causaque praeterea excogitata est qua impulsa regina aspidem delegisset: nam mortem suauissimam nulloque uexatam cruciatu illam praebere potuisse. quod quamquam longe a uero abhorret, tamen uulgo ita traditum est ut compluribus omnis aetatis poetarum scriptorumque locis id sit commemoratum (cf.Plvt.*Ant.* 71

= Hayter's. 817. F.a.

V. [Dele]ctumqu[e loc]um quo noxia turba co[i]ret
praeberetque suae spectacula tri[s]tia mortis.
Qualis ad instantis acies cum tela parantur,
signa tubae classesque simul terrestribus armis,
est facies ea uisa loci, cum saeua coirent 5
instrumenta necis, u[a]rio congesta paratu:
und[i]que sic illuc campo deforme co[a]c[t]um
omne uagabatur leti genus, omne timoris.

---

1 delectumque forum *Ciamp.* Antonium *Morg. metro neglecto* delectumque locum *Kreyss*[1]. erectumque locum *Ellis* ad lectumque suum *Baeck.* | quo noxia *Ciamp. cett.* anxia *Morg. Kreyss.*[1] (cumque a. *Kreyss*[1]) || **3** tela *Ciamp. cett.* bella *Heyne* | parantur *Ciamp. cett.* || **4** terrestribus *Ciamp. cett.* || **6** uario *Ciamp. cett.* multo *Heyne* || **7** campo d. coactum *Ciamp. plerique* semper d. colorum *Fea* pompa d. coactum *Merk.*

1-2. — **delectumque locum** (*Kreyss.*[1]): aptissima haec coniecturarum uidetur, e uulgato « locum deligere » (Cic.*Rep.* 2.6.11; Caes.*B.G.* 4.19.3; Verg.*Aen.* 8.53 etc.). idcirco in superiore uersu *ad* et acc., cum alio nomine (*-que*) periisse ueri simile est. si « forum » (*Ciamp.*) pro « locum » accipiamus, artior sensus fiat ac paululum a re absurdum, cum aegre fieri potuerit ut regina in foro publico hoc arcanum mortis consilium ostenderet. « erectumque locum » suppleuit *Ellis*, longe

aliter interpretatus, de sepulcro quasi mentio fieret, quod Cleopatra sibi uiuenti exstruxisset (PLVT.*Ant.* 71 sq.), quo « noxiam turbam » serpentium conferret; obscurum « ad lectumque suum » (*Baeck.*). — **noxia** (*Ciamp.;* « anxia » *Morg.*, « cumque anxia » *Kreyss. cum papyrum non inspexissent*): *scil.* damnatorum (CIC.*Leg.* 3.3.6 magistratus nec oboedientem et noxium ciuem multa, uinculis uerberibusque coherceto). — **coiret:** saepe de turba: LVC. 1.297; STAT.*Silu.* 3.1.85 etc. — **praeberetque... spectacula tristia** (*Ciamp.*): cf. OV.*Ars* 2.581 praebent spectacula capti.

3-6. — Cum bellico apparatu cruciatuum instrumenta comparantur. — **ad:** *scil.* contra; e multis exemplis: PLAVT.*Amph.* 734 hinc profectus sum ad Teloboas hostes; LIV. 1.5.7 ad regem impetum facit. cf. *Th. L. L.* I, *col.* 483. — **tela:** « bella » *Heyne*, typothetae errore deceptus. — **simul terrestribus armis:** *simul* et abl. iam ab Augusti aetate occurrit (HOR.*Sat.* 1.10.86; OV.*Trist.* 5.10.29), saepius subsequenti aetate (SIL. 3.268; 5.417 etc.). — **facies...loci:** ut saepius apud poetas (OV.*Met.* 3.414; *Pont.* 1.2.25; 4.9.81; LVC. 7.788 etc.). — **saeua coirent** (saepius in fine uersus, uelut LVCR. 1.770; 2.549; 2.568; VERG.*Aen.* 11.860; OV.*Am.* 2.2.63; STAT.*Silu.* 3.1.85) **instrumenta necis:** cf. VERG.*Aen.* 12.890 saeua arma; OV.*Met.* 3.697 crudelia iussae Instrumenta necis, ferrumque ignisque parantur. — **uario** (« multo » *Heyne eodem errore*) **paratu:** uideliret sensus ad rem militarem pertinet, ut in primo huius uerbi testimonio (SALL. *ap. Gell.* 2.27.2 paratu militum et armorum). contra apud poetas Augusteos plura uariaque amplectitur (cf., in fine uersus, OV.*Met.* 6.451; *Fast.* 3.627).

7-8. — **campo** (de abl. *col.* IV.8) **deforme** (*Col.* II.3) **coactum** (« semper d. colorum » *Fea;* « pompa deforme coactum » *Merk. Oxoniensi apographo non inspecto*) ...**uagabatur:** cf. LVCR. 5.221 qua re mors immatura uagatur?

VI. [Hic i]acet [absumptus f]erro, tu[m]et [il]le uen[eno]
aut pendente [cau]is ceruicibus aspide mollem
labitur in somnum trahiturque libidine mortis:
percutit [ad]flatu breuis hunc sine morsibus anguis,
uolnere seu t[e]nui pars inlita parua ueneni
ocius interem[i]t, laqueis pars cogitur artis
in[t]ersaeptam animam pressis effundere uenis,
i[n]mersisque f[r]eto clauserunt guttura fauces.
[H]as inter strages solio descendit et inter

Also confirmation of Heyne's. Fea.

1 hic cadit absumptus ferro tumet *Ciamp.* (h. c. incumbens *Kreyss.*[1]) pectora perfodit hic *Kreyss.* haec iacet *Baeck.* | tulit ille *Fea* tum is felle ueneni *Baeck.* || 2 suis *Ciamp. Kreyss.*[1] *cett.* cauis *Ellis* altis *Baeck.* || 3 labitur...mortis *Ciamp. cett.* || 4 perculit adflatu *Ciamp. Baehr. Ries.*[1] (p. aflatu *Baeck.*) percita seu flatu *Fea* percipiens flatu *Morg.* percutit a. *Kreyss.* | anguis *Ciamp. cett.*

7 intersaeptam *Ciamp. cett.* || 8 immersisque *Ciamp. Kreyss.* ium- *Morg. Ries. Baehr. Baeck.* | freto *Ciamp. cett. praeter Ries.* adeo *Fea* toro *Merk.* | gaunaca fauces *Merk.* guttura fluctus *Baehr., librari errorem suspicati.*

1-9. — **iacet:** postquam apographon Oxoniense uulgatum est, omnes superiores coniecturae (uid. app. con.) euanuerunt et primum huius uersus uerbum (« hic »: unus *Baeck.* « haec » nullo sensu nisus) integrum redditum est. — **absumptus** (*Ciamp.* optime): cf. VERG.*Aen.* 4.601 absumere ferro; 9.494 me primam absumite ferro. uid. LIV. 5.7.3; 22.39.14. — **tumet** (*Ciamp.;* « tulit » *Fea*, temporum ratione neglecta): facile probandum, etsi extrema littera leniter curua facilius *s* legi potest (hinc « tum is felle ueneni » *Baeck.*, minus probandum cum fel ueneni potissimum ad serpentes referendum sit: cf. VERG.*Aen.* 12.857; *Th.L.L.* VI, *col.* 425), quod et alibi occurrit, fortasse huius uersus uestigium apud Ouidium, *Met.* 3.33: Igne micant oculi, corpus tumet omne ueneno. — **cauis** (*Ellis;* languidius « suis » *Ciamp.*, « altis » *Baeck.*): *scil.* in angore mortis (STAT.*Theb.* 9.130 Faucibus ille cauis hastam non ore receptam). — **aspide:** hoc serpentium genus, iam apud Romanos notum (CIC.*Fin.* 2.18.59; *Nat.de.* 3.19.47; *Tusc.* 5.27.78) quod mortifero somno letum afferret (CINNA *Frg.* 2 somniculosam... aspidem; CIC. *Rab. Post.* 9.23 aspide ad corpus admota uita esse priuatum) multo clarius factum est postquam Cleopatram aspide mortem sibi consciisse uulgatum est (HOR.*Carm.* 1.37.22 sq.; cf. VELL. 2.87.1; *Sbord.* 4 sq.). — **mollem** (LVCR. 4.988 mollis quies) **labitur in somnum** (PETR.*Sat.* 21; *ib.* 22; TAC.*Hist.* 4.22. cf. OV.*Met.* 11.631 labique ut somnum sensit in artus): de hoc genere mortis PLIN. 29.65: aspides percussos torpore et somno necant, omnium serpentium minime sanabiles (cf. p. 81). — **libidine:** mors enim per mollem somnum tam dulcis uidetur, ut quadam appetatur libidine (non tantum sensu ad philosophiam pertinente ut CIC.*Tusc.* 4.6.11 « ex bonis libidinem et laetitiam, ut sit laetitia praesentium, libido futurorum », quantum uulgato uoluptatis sensu, uelut CIC.*Off.* 1.17.53; *Nat.de.* 2.51.128. — **percutit adflatu** (*Kreyss.*, potius quam « perculit » *Ciamp.*, « percipiens flatu » *Morg.*, « percita seu » *Fea*, temporum modorumque ratione habita): aliud serpentium genus mortifero (*percutit* i.q. « necat »; de omni armorum genere, uelut VARR. *R.R.* 69.2 percussum metallo) afflatu notum (ἀσπὶς πτυάς, de qua disputauit Philumenus, *Corp. Med. Graec* X p. 22. cf. OV.*Met.* 3.49 Hos necat adflatu funesti tabe ueneni, *scil* serpens; SIL. 6.40 cateruas Longius auectas afflatus peste premebat; AVIEN.*Orb.terr.* 179 Pestifero afflatu serpens uagus inquinat aethram; SCRIB.LARG. 165 theriace facit ad omnium serpentium morsus et ictus et adflatus mirifice). — **breuis:** i.q. paruus (de anguibus HOR.*Ep.* 5.15; OV.*Ars* 2.376; *Ep.* 2.119). — **uolnere... laqueis...:** alia mortis genera, per uenenum uulnusque (dubium, utrum per aspidem a superioribus dissimilem an per uulnus manu illatum, quod genus mortis non defuerunt qui Cleopatrae tribuerent, cf. PLVT.*Ant.* 86; DIO 51.14) atque per laqueos artos (SEN.*Phoen.* 148; PLIN.*Ep.* 2.8.2 cf. translate CIC.*Verr.* 3.5.13 artioribus apud populum Romanum laqueis tenebitur. — **intersaeptam:** uulgatae apud poetas dictioni « animam effundere » (VERG.*Aen.* 1.98; OV.*Met.* 6.253; SEN. *Phoen.* 142; SIL. 14.631) adiectum est uocabulum *intersaeptam* (cf. CIC.*Tusc.* 1.20.47 Foramina illa, quae patent ad animum a corpore...sunt intersaepta quodammodo). — **immersisque freto** (« toro » *Merk.* « -sisque adeo » *Fea* nondum **O** uulgato) **clauserunt guttura** (subi.) **fauces** (obi.): guttura (in uniuersum, ut saepe de iis qui suffocantur: VERG.*Aen.* 8.261 angit inhaerens Elisos oculos et siccum sanguine guttur; LVC. 2.154 Hic laqueo fauces elisaque guttura fregit) fauces suas interiores clauserunt, scilicet partem superiorem qua uox et spiritus

effunditur (PLIN. 11.179 summum gulae fauces uocantur; cf. *Rhet. Her.* 3.14.24 plenis faucibus quam sedatissima et depressissima uoce uti; SEN.*Ep.* 70.20 inter clusis faucibus spiritum elisit). cum ita satis apte hic locus explicari possit, quamquam saepe *guttur* et *fauces* idem significant (GLOSS.: faux: φάρυγξ, gurgulio, guttur...; guttur: ...φάρυγξ), nulla restat causa cur « gutturaca fauces » *Merk.* uel « guttura fluctus » *Baehr.* librari errorem suspicati substituamus. — **stragest** ad bellicam stragis imaginem, cum plures simul moriantur (LIV. 7.24.5 complete... strage campos) reducimur, unde auctor profectus est (*Col.* V.3.). — **solio:** ne iis quidem temporibus Cleopatram insignia regni omisisse testis est Dio Cassius 51.11.2 καὶ τότε ἐν τηλικαύτῃ συμφορᾷ οὖσα τῆς δυναστείας ἐμέμνητο, κτλ **et inter:** fortasse « miseros » uel quid sim.

VII - VIII

VII-VIII. — Queritur regina se ab Antonio desertam, eamque inter diuersa mortis consilia labantem Atropos irridet, tertio die Caesar ad Alexandriae moenia peruenit (*Col.* VII) omniaque ad obsidionem parat (*Col.* VIII).

Nihil de Octauiani ad Alexandriam aduentu traditum exstat, praeter pugnam equestrem quam prospere ante urbis moenia Antonius in hostium equitatum pugnauit (PLVT.*Ant.* 74; DIO 51.10.1; ZON.*Ann.* 10.30. — Orosius autem —6.19.16— eo quoque proelio uictum Antonium tradit), quae procul dubio huius libri fines excedit (cf. p. XXXVI).

VII. Atq[ue] alia inc[ipiens . . . . . linquit] a[man]te[m] »
Sic illi in[te]r se misero [s]e[r]m[o]n[e] fruuntur.
Haec regina gerit: procul hanc occulta uidebat
Atropos inrid[e]ns [in]ter diuersa uagantem
consilia interitus, quam iam qua fata manerent.
Ter fuerat reuocata d[i]es: cum parte se[n]atus
et patriae comitante suae cum milite Caesar
gentis Alexan[d]ri c[u]r[r]ens ad m[o]en[ia] uenit,
signaque constituit; sic omnes t[e]rror in artum

= Hoyle's Str. H.a.

1 atque alia incipiens *Baehr. Baeck.* | sensus animumque (*uel* mentemque a.) labantem *Baeck. cunctanter* || 2 inter se (si *Kreyss.*, *manif. err.*) misero

sermone *Ciamp. cett.* || 3 hanc occulta *Ciamp. Kreyss.*[1] *Ries.*[1] *cett.* res... Proculeii *Heyne, typothetae errore* || 4 inter *Ciamp. cett.* | uagantem *Ciamp. cett.* labantem *Kreyss.* || 5 quam iam sua fata *Ciamp.* quam iam suprema *Kreyss.* quantam qua fata *Baehr. ex* **O**, *Baeck.* quantam noua fata *Ellis* | manerent *Ciamp. cett.* amaret *Heyne* || 6 dies *Ciamp. cett.* quies *Fea* | senatus *Ciamp. Kreyss.*[1] *Ries.*[1] *cett.* || 7 comitante *Ciamp. cett.* c. *uel* dominante *Morg.* || 8 cupiens *Ciamp.* cernens *Merk.* currens *Egg. Ellis* carpens *Baeck.* | moenia *Ciamp. cett.* || 9 omnis *Ciamp. cett.* usque ad *Baehr.* omnes *Baehr. cett. ex* **O** | terror *Ciamp. cett.* error *Fea* | in artum *Ciamp. cett.*

1-2. — Primo uersu ultima reginae querentis, ut uidetur, uerba referuntur, quae quem alloquatur in incerto est: dubitauerim equidem an idem sit qui (*col.* III) eam ad fortitudinem hortatus est. — **alia incipiens** (*Baehr. Baeck.*): *scil.* consilia mea non secutus, etiamnunc coniuges inter se dissident (cf. p. 58). — **linquit** (ex usitata apud poetas forma: PROP. 4.9.54; VERG.*Aen.* 3.140; HOR.*Carm.* 2.14.21) **amantem:** sic supplere ausim, Antonium respiciens, totumque inde efficere uersum: « atque alia incipiens miseram nunc linquit amantem ». — **misero sermone fruuntur:** usitatissimo enuntiato « sermone (colloquio) frui » (VERG.*Aen.* 7.90; 8.468; OV.*Pont.* 1.4.54) addidit auctor mordaciter « misero » in malam partem, contra ceterorum consuetudinem (SERV.*Aen.* 7.90 fruitur: pascitur, quod de rebus tantum bonis dicitur).

3-5. — **Atropos:** hic primum apud litteras Latinas, saepius subsequenti aetate praecipue apud Statium (*Theb.* 1.111; 1.327; 3.67; 4.189; 4.600; *Silu.* 3.3.127; 4.4.56; 4.8.18; 5.1.178. cf. SIL. 17.119; MART. 10.38.12 etc.) — **uagantem** (« labantem » *Kreyss.* nulla de **O** notitia): i.q. errore nutantem (CIC.*Off.* 2.2.7 quorum uagetur animus errore nec habeat unquam quid sequatur). — **quam iam qua fata:** locus totius columnae uexatissimus, antequam apographi Oxoniensis notitia uulgata est, uniuersi cum **N** consenserunt (« quam iam »), sed cum subsequentes litterae periissent « sua fata » *Ciamp.* « suprema » *Kreyss.* coniecerunt, at postea, ex **O**, de posteriore parte dubitari desitum est (« fata »), contra prior in dubium reuocata (« quantam qua » *Baehr. Baeck.*; « quantam noua » *Ellis*). cum autem etiam in **O** « quam iam » lectio maxime probanda uideatur et facile *o* pro *q* transcribi potuerit, ita « quam iam qua fata » optimum enuntiatum dixerim, scilicet: « quam (mulierem, Cleopatram) qua (= qua uia, ratione, cf. TER.*Ad.* 691; VERG.*Aen.* 11.292; OV.*Pont.* 2.4.33) fata (= mors; SERV.*Aen.* 8.620 fatum saepe pro morte positum legitur) manerent », i.q. qua ratione sibi mortem consciscere.

6-9. — **reuocata dies** (fem. ex usu poetarum dactylicorum): cf. TIB. 1.6.78; PROP. 4.7.24 sensu dissimili (i.q. diem uotis animoque reuocare). hic contra eodem sensu atque *Col. VIII.* 5. — **cum parte senatus:** nam constat, cum Domitius et Sosius, consules designati, Romam obsistente Caesare reliquissent, multos senatores una cum iis fugisse, reliquos in fide Caesaris mansisse (DIO 50.2.7 τῶν ἄλλων βουλευτῶν οὐκ ὀλίγοι συνεφέσποντο. cf. *Par.* 430 sq.). — **patriae:** cum Caesar Antonio Cleopatraeque, patriae hostibus, bellum inferat (*Col.* I.8). — **comitante:** « uel dominante » *Morg. a papyro discrepans.* — **Alexandri:** cf. III.3. — **currens:** i.q. cursu. praetermissis lectionibus quae nulla de **O** notitia coniectae sunt (uid. app. coniect.) restat ut « currens » (*Ellis*, sed iam *Egg.*) errorem in Oxoniensi suspicati

aut « carpens » (*Baeck.; scil.* iter, cf. Hor.*Sat.* 1.5.95) probemus, quod uocabulum nullo scribentis errore nititur, priorem tamen lectionem paulo probabiliorem puto, cum *carpo* absolute non occurrat. ceterum facile fieri potuit ut *a* pro *u* transcriberetur. — **in artum:** fortasse: « compulit » in subsequenti uersu.

VIII. .....rere.....m portarum claustra nec urbem = Heyne's 817. I.a.
opsidione tamen n[e]c corpora moenibus ar[c]ent
castraque pro muris atque arma pedestria ponunt.
Hos inter coetus [t]alisque ad bella paratus
utraque sollemnis iterum reuocauerat orbes 5
consiliis nox apta ducum, lux aptior armis.

---

1 obterere adnisi *Ciamp.* exserere ac tuti *Merk. ab* **O** *discrepantes* || 2 arcent *Ciamp. Ries.*[1] *Baeck.* aptant *Heyne* absunt *Fea* audent *Merk. Baehr.*

1-3. — In u. 1, cum omnes excogitatae lectiones (uid. supra) ab **O** discrepent nec quicquam aptum succurrat, locum supplere supersedeo. — **arcent:** ueterem (*Ciamp.*) lectionem per Oxoniense probatam (*Ries.*[1] *Baeck.*) seruans, sic hunc locum interpretari ausim: quamquam facillime e rerum statu Alexandria capi posse uidetur, « tamen » Caesaris milites neque urbis obsidione abstinent neque suos moenibus arcent (« corpora » reflexiuo fere sensu. cf. Liv. 7.36.7; 25.14.9; 35.49.13), sed etiam omnia ad diuturnum bellum parant. — **pro muris:** ita Dio 51.10.1 πρὸ τῆς Ἀλεξανδρείας. Plvt.*Ant.* 74 περὶ τὸν ἱππόδρομον . — **arma pedestria:** instrumenta ad terrestre bellum apta (Nep.*Iph.* 1.3.).

4-6. — **Hos inter coetus:** cum et hostes in urbem confugerint et Caesar (*Col.*VII.9) omnes copias suas ad obsidionem collegerit, hinc ingens hominum *coetus* efficitur (Gloss. IV.219.46 coetus: collectio multitudinis; Verg.*Aen.* 5.43 socios ad coetum litore ab omni Aduocat Aeneas). de initio uersus (« Hos inter ») cf. *Col.* VI.9. — **paratus:** cf. *Col.* V.6. — **utraque** (*scil.* Nox...lux): de hac dierum noctiumque ratione (cf. *Col.* VII.6) nullum apud historiarum scriptores testimonium occurrit. — **consiliis nox apta:** idem Val.Flacc. 6.14: Ergo consiliis dum nox uacat alta mouendis. — **lux:** i.q. dies, saepe opp. nocti (*Rhet.Her.* 4.36.48 Luce noctem, nocte lucem exspectatis; Ov.*Her.* 13.104 Tu mihi luce, dolor, tu mihi nocte uenis; *Met.* 2.806 anxia nocte, Anxia luce gemit).

FRAGMENTA E LITTERARVM TESTIMONIIS TRADITA

27.

Armatum cane, Musa, ducem belloque cruentam
Aegyptum.

Totius operis prooemium (uid. p. XXVIII).

28.

Hoc habeo, quodcumque dedi.

---

dedit [fortuna] *Baeck.*

Dum fortuna alio transit nec quicquam Antonio praeter ius mortis superest, beneficia ille sua erga alios repetit, quod unum exstet sibi bonum. — Apud Zon. ram (*Ann.*10.30) scriptum inuenimus Antonium, amissis quattuor in Libya legio- nibus (frg.min. 7-9), cum iam se interimere constituisset, aegre ab amicis retentum esse. fortasse hic uersus ad illam omnium rerum desperationem pertinet.

Nisi Seneca memoriae lapsu deceptus sit, quod hic uix fieri potuisse ex hoc arbitramur, quod non solum Antoni uerba refert sed etiam eius animum describit, nulla causa est cur *dedit* substituamus (*Baeck.*; cf. J.E.B.Mayor,*Fragment of Rabirius*, CR 24 1910,84). nam hic Antonius nihil aliud facit nisi sua erga alios benefi- cia commemorat, ut sequentibus uerbis significatur: « O quantum habere potuit, si uoluisset ..... [3] Quaeris quomodo illa (*scil.* omnia bona ac divitias) tua facias? Dona dando ».

INDEX VERBORVM

c = *columnae*; f = *fragmenta minora*

* absunt (*Fea*): c 8.2
* absumptus: c 6.1
* ac (*Merk.*): c 8.1
* accedunt: uid. adc-
* accelerat (*Baeck.*): c 1.9
acies (*acc.*): c 5.3
Actiacum (*acc.*): f 11.6; -os: c 3.5
ad: c 1.3; * 5.1 (*Baeck.*); 5.3; 7.8; 8.4
* adcedunt (*Ciamp.*): c 2.3
* adflatu: c 6.4
* adhaeret: f 1.β.7
* adnisi (*Ciamp.*): c 8.1
adportat: f 10.6
* adsiduos (-us *Ciamp. Kreyss. Ries.*; -e *Kreyss.*; -o *Ellis*) (*nom.*) c 1.7
* adsiliens (*Ciamp.*): c 1.9
[*adsum*]: * aderat (*Baeck.*) c 1.4
adsumit: f 2.9
Aegyptum: f 27.2
aequore: * f 12.β.6; * 14.6
afflatu: uid. adfl-
[*ago*]: actis f 6 **n**
Alexandri: c 7.8; -ro (*dat.*) 3.3
* alius (*Merk.*) c 2.5; * -ii (*nom.*) f 9.2; * -ia (*acc.*) c 7.1
* aluit (*Baeck.*): c 4.6
alterius: f 26.1
* altis (*Ciamp. Kreyss.*) (*abl.*) c 1.8; * (*Baeck.*) 6.2
* amaret (*Heyne*) c 7.5; * -ntem 7.1
* amore (*Baeck.*): c 1.3

* angor (-*ere*): c 4.2
* anguis (*nom.*): c 6.4
animam: c 6.7
* animum (-mus *Kreyss.*) c 4.7; * (*Baeck.*) 7.1; -os 2.6
ante: f 4.α.5
antiqua (*nom.f.*): c 3.7
* Antonius (*Morg.*) c 1.9; * -um (*Morg.*) 5.1
* Anubis: f 5.8
* anxia (*Morg. Kreyss.*): c 5.1
apportat: uid. adp-
* aptant (*Heyne*): c 8.2
apta (*nom.s.*) c 8.6; -tior c 8.6
* apud (*Kreyss*[1].): c 1.3
Araxys: f 6 **n**
arcent: c 8.2
[*arma*]: -mis (*dat.*) c 8.6; -ma (*acc.*) c 8.3; -mis (*abl.*) f 6.8; 16.β.9 (?); c 1.5 (*Baeck*); c 5.4
armatum (*acc.m.*): f 27.1
artum (*acc.n.*) c 7.9; -is (*abl.*) 6.6; * -ius (*Baecr.*) 1.4
aspide: c 6.2
assiduos: uid. ads-
assumit: uid. ads-
atque: f 9.2; * 12.β.9; * c 7.1; 8.3
Atropos: c 7.4
* audent (*Merk. Baehr.*): c 8.2
[*augeo*]: * auctae (*Ciamp.*) c 8.2
* aurora: f 9.7
* austris: f 7.2
aut: * c 1.9; 6.2

* Bactra: f 6.6
belli: * f 23.4; * c 1.7 (*Kreyss.*); * 2.7; 3.5; -um (*acc.*) * f 14.3; -o (*abl.*): 27.1; -a (*nom.*) (*Heyne*) c 5.3; (*acc.*) f 12.α.7 (?); c 1.6; 8.4; bel . . .: f 20.13; bell . . .: f 23.6
breuis: c 6.4

* cadit (*Ciamp.*): c 6.1
* caelestia: c 1.2
* caeli (*gen.*): f 4.β.5
Caesar: * c 1.3 (*Kreyss. Ries.*; -ris *Baehr. Ries*[1]. *Baeck.*); 2.5; 7.7
callidus: c 1.7
calor: f 4.β.7
campo (*abl.*): c 5.7
cane (*cano*): f 27.1
capitis c 2.7; * cepi f 4.β.3; * -pit 16.α.5; * -pti (*gen.m.*) (*Baeck.*) c 1.3; -pta (*acc.*) 2.7
carbasa (*acc.*): f 14.4
carinae (?): f 7.6
carmina (*acc.*): f 2.6
* carpens (*Baeck.*): c 7.8
castra (*acc.*): c 8.3
causa c 3.5; -as 4.3
[*cauus*]: cauis (*abl.*): c 6.2
* cernens (*Merk.*): c 7.8
ceruicibus (*abl.*): c 6.2
* cesar: uid. Caes-
choros: f 2.3
* cingens (*Kreyss.*): c 7.8
classes (*nom.*): c 5.4
clauserunt: c 6.8
claustra (*acc.*): c 8.1
[*coeo*]: -ret c 5.1; -rent 5.5
* coeperat: c 2.6
coetus (*acc.*): c 8.4
cogitur c 6.6; -ctum (*nom.*) 5.6
cohibere c 2.6; * -ntes (?) f 3.3
* colorum (*Fea*): c 5.7
* comitante: c 7.7
compage: f 7.6
compte (?): f 6.3

* concedunt (*Baeck.*) c 2.3; -dat 3.8
congesta (*nom.pl.*): c 2.4; 5.6
coniunx c 4.4; * -ge (*Baeck.*) 2.9
* conquaerat (*Ellis*): c 3.8
consiliis (*dat.*) c 8.6; -ia (*acc.*) 7.5
constituit (*perf.*): c 7.9
* conuertis: f 12.β.10
* cordi f 6.2; * cor (*acc.*) 4.β.4
corpora (*acc.*): c 8.2
* crudelibus (*abl.?*): f 26.2
cruentam: f 27.1
* cruore: c 2.2
* culpae (*Ellis; Baeck.*) (*gen.*): c 4.2
cum: f 6.6; 7.7; 8.4; 16.γ.1; c * 1.3 (*Baeck.*); 1.4; 2.5; 2.9; 3.5; 5.3; 5.5; 7.6; 7.7
cuncta (*acc.*): c 1.5
* cuperet (*Ciamp.*) c 2.5; *-piens (*Ciamp.*) 7.8
curae (*gen.*) c 4.2; -is (*abl.?*) f 26.2
* currens: c 7.8
* cursus (*nom.?*): f 14.3
[*curuo* uel *curuus*]: * curu . . . . f 5.5

deam: c 3.4
* decernere (*Baeck.*) c 1.5
deforme (*nom.*) c 5.7; * -mia (*nom.*) 2.3
delectum (*acc.m.*): c 5.1
descendit (*perf.*): c 6.9
[*desum*]: defuit c 1.9
deorum c 3.3; deum (*gen.pl.*) f 12.β.4; -os f 3.8
dextra (*abl.*): c 1.6
* dico (dic *Pis.*) c 3.4; -cta (?) f 2.7
dictis (*abl.?*): f 12.β.10
* diductus (-cere *Fea Kreyss.*): c 4.7
dies * c 1.4 (*Baeck.*); * 7.6; * -em f 15.β.3

* diram (*Kreyss.*): c 3.4
discrimen (*acc.*): f 7.5
diuersa (*acc.*): c 7.4
* diua (*abl.*): c 2.9
[*do*]: dedi (-it *Baeck.*) f 28.1; dedit 16.γ.4
* doluisse (*Ciamp. Fea Kreyss*[1].): c 3.4
* domina (*Ciamp. Ellis*) (*abl.*): c 2.9
* dominante (*Morg.*): c 7.7
[*domo*]: * domat c 1.9
* dulq . . .: f 26.1
ducem f 27.1; -um c 8.6

* ecce: f 12.β.5
effudere f 9.5; -ndere c 6.7
ego: f 3.4; c 4.2; mihi 2.9; 4.4
* eous (*Baeck.*): f 12.α.2
equos f 2.10; * -uis (*Baeck.*) (*abl.*) 12.α.2 + β.5
* erectum (*Ellis*) (*acc.m.*): c 5.1
* erro (*Ciamp.*): c 4.3
* error (*Fea*): c 7.9
et: f 1.β.8; 2.6; 2.8; * 12.β.4 (*Baeck.*); 12.β.7; * 14.2; * c 1.5 (*Baeck*); * 2.4; * 3.3 (*Ciamp.*); 4.8; 6.9; 7.7
etiam: f 10.2; c 3.4; 3.6
* etiannunc: c 4.3
* excit: c 1.3
* exiguas (*Ciamp.*): c 4.4
* eximios: f 2.6
[*eximo*]: -empta (?) f 3.5
* expugnato (*Kreyss*[1].) (*abl.*): c 1.4
exsanguis (*acc.*): c 4.4 (-gues *Baeck.*)
* exserere (*Merk.*): c 8.1
* externae (?): f 12.β.8
* extrema (?): f 12.β.7

facies (*nom.s*): c 5.5
* facile (?): f 8.10
* fac (*Ciamp.*): c 4.3
* fallaci (*dat.?*): f 2.7
* famulam: c 2.10
* fas (*Ciamp.*): c 3.3
fata (*nom.*): c 7.5
fauces (*acc.*): c 6.8
* felle (*Baeck.*): c 6.1
femina (*nom.*): c 3.6
[*fero*]: * fert c 1.4; * -remus f 12.β.4; * tulit (*Fea*) c 6.1; * fertur (*Baeck.*) f 12.α.2
ferro (*abl.*): f 14.10 (?); 20.8 (?); c 2.8; 6.1
fide: (*abl.*): c 1.6
fiducia: f 16.α.3
* fixus: f 20.7
* flatu (*Morg. Fea*): c 6.4
flectis f 3.7; -itur 8.5
* fluctus (*Baehr.*) (*nom.*): c 6.8
* foeda (*nom.pl.*): c 2.4
* fortuna (*Baeck*): f 28.1
* freto (*abl.*) c 6.8; -ta (*acc.?*) f 14.2
* forum (*Ciamp.*) (*nom.*) c 5.1; * -ra (*Baeck.*) (*acc.*) 1.5
fruuntur: c 7.2
* fugiunt c 2.2; * -itur (*Ciamp.*) 4.3
funesta (?): f 4.α.3
[*funus*]: * funera (*nom.*) c 2.3

* gaudent (*Baeck.*): c 1.2
* gaunaca (*Merk.*): c 6.8
gentis: f 14.5; 16.α.3; c 4.6; 7.8; * -tem (*Ellis*) 2.10
genu (?) f 16.γ.2; -ibus (*dat.*) * 1.α.7 (?); 12.β.9
genus (*nom.*): c 5.8
gerit c 7.3; * -sta (*Ciamp.; nom. pl.*) 2.4

gloria: c 3.7
* grandaeuos (*nom.*): c 1.5
* graui (*abl.*): f 9.4
guttura (*nom.*): c 6.8

habeo f 28.1; * -ret f 7.5
* hastis (*Fea*) (*abl.*): c 1.8
* haut (*Baeck.*): c 1.3
hiq: * c 4.7 (*Ciamp. Ries. Baeck.; pron. uel adu.*); 6.1; haec (*nom. f.*) 2.9; * 6.1 (*Baeck.*); hunc 6.4; hanc 2.10; 7.3; hoc (*acc.*) f 28.1; haec (*nom.n.pl.*) * c 2.3 (*Kreyss*[1].); his (*dat.*) f 10.2 (?); c 1.4; hos * f 2.10; 8.4; has c 6.9; haec (*acc.pl.*) * f 12.β.8 (?); c 7.3; his (*abl.*) * 2.10 (*Fea*); 4.7
honoris (-ri *Ciamp. plerique*): c 3.8
* hortu . . .: f 19.7
hostis (*nom.*): * c 1.8; 2.8
* humilis (?): f 6.6

* iacet c 6.1; -cent 2.7
iam: c 1.8; 2.7; 7.5
[*idem*]: * eandem (*Merk.*) c 2.10
igitur: c 4.3; 4.7
ille: f 6.9; c 1.4; 6.1; -la (*sing.f.*) f 2.3; * -lius (*Kreyss.*) c 2.5; -li (*nom.*) 7.2; * -la (*nom. pl.; Ciamp.*) 2. 4; -lis (*dat.*) 1.9; * 2.1 (*Baeck.*); *-los 2.1
illita: uid. inl-
illuc: c 5.7
immersis: uid. inm-
imminet: c 1.8
immiscet: f 2.4
* immota (*nom.*): f 8.6
imperii c 3.6; -riis (*abl.*) 2.6
impetus (*nom.*): c 1.9
impuberis: uid. inp-
in: (*acc.*) f 10.6; * 14.3; c 4.7; 6.3; 7.9; (*abl.*) 1.7

incertum (*nom.*): c 4.8
* incipiens: c 7.1
includunt f 9.6; -clusa (*nom.f.*) f 9.9; * 12.β.5
* incumbens (*Kreyss*[1].): c 6.1
* inde: f 14.3
[*India*]: Indi f 10.8; - dica (*nom.f.*) f 8.3
* infamia (*Ciamp.; nom.pl.*): c 2.3
* infanda (*Ciamp.; nom.pl.*): c 2.4
* infecta (*nom.pl.*): c 2.2
* inflor (*Baeck.*): c 4.2
inlita (*nom.f.*): c 6.5
inmersis (*dat.*; imm- *Ciamp. Kreyss.*): c 6.8
inpuberis (*gen.*): f 2.4
inridens: c 7.4
instantis (*acc.*): c 5.3
instrumenta (*nom.*): c 5.6
inter: * f 2.10 (*bis*); * 9.3; c 6.9 (*bis*); 7.2; 7.4; 8.4
interemit (*praes.*): c 6.6
interitus (*gen.*): c 7.5
intersaeptam: c 6.7
* intrare (*Ciamp. plerique*): c 3.3
inuersa (*nom.f.*): f 16.α.4
ipso c 2.2; * -sa (*nom.pl.*) 2.2: * ips . . . f 2.2
ira (*nom.*): f 12.β.4
irridens: uid. inr-
* is (*Baeck.*) c 6.1; ea (*nom.f.*) c 5.5; eius f 20.11; ei (*dat.*) f 1.β.6; * ea (*nom.pl.*) c 2.3 (*Kreyss. Baeck.*)
ista (*nom.pl.*): f 14.7 (?); * c 2.4 (*Ellis Baeck.*); -tis (?) f 5.6
Italus (-lis *Fea Kreyss.; abl.*): c 1.8
iterum: c 8.5
iubet: * f 1.α.9; * 12.β.4
* Iulius (*Baeck.*): c 3.1
iura (?): f 3.8
iuuenem (-es *Ciamp.cett.; nom.*): c 1.5

* iuuentus: f 11.8
* iuuantibus (*abl.*): f 7.2

* labantem (*Kreyss.*): c 7.4
labitur: c 6.3
* laborant (*Baeck.*): c 1.4
laqueis (*abl.*): c 6.6
laterent: c 2.4
* Latius: c 2.5
* Laurentibus (*abl.*): f 6.8
* lectum (*Baeck.*): c 5.1
leti: * d 4.3 (*Baehr.*); 5.8
libet: c 4.4
libidine: c 6.3
* linquit: c 3.3 (*Baeck.*); * 7.1
linum (?) f 12.β.10; -nis (?) 12.β.8
litora (*acc.*): f 9.8
loci (*gen.*) c 5.5; *-um 5.1
* loquitur (*Baeck.*): c 2.1
* lucifer (*Baeck.*): f 12.β.5
lux: * c 4.3 (*Ciamp.*); 8.6

magis: c 2.4
[*magnus*]: * maximus (*Kreyss.*) c 1.2; -ma (*nom.s.*) f 7.7 (?); c 3.5 (-uma *Baeck.*)
manerent: c 7.5
* manifestum (?): f 5.4
manu f 11.4; -us (*acc.*) 12.β.9
mare (?): f 14.5
* Martis: c 1.7
[*mas*]: mares (*acc.*) f 2.4
* mediam: f 3.6
mendax: c 3.7
* mentem (*Baeck.*): c 7.1
[*meus*]: mea (*acc.pl.*): c 2.8

milite: c 7.7
* ministros: f 2.10
[*minor*]: * minanti (*abl.*) f 11.4
misero (*abl.*): c 7.2
moenia (*acc.*): f 3.7; c 2.5; 2.8; 7.8; -ibus (*abl.*) 8.2
mollem: c 6.2
moras: c 4.4
mori: c 4.6
[*mors*]: mortis c 5.2; 6.3
morsibus (*abl.*): c 6.4
[*mos*]: * mores *pro* -ras *uid. ad u.*
moueri: f 14.7
* muliebribus (*dat.*): f 12.β.9
* multo (*Heyne; abl.*) c 5.6; -ta (*acc*). c 3.8
munere: c 1.7
* muris (*Ciamp.; dat.*) c 1.9; (*abl.*) 8.3
Musa (*uoc.*): f 27.1

nacta (*nom.*): f 15.β.3.
* nato (*abl.*): c 1.4
* nauos (*Baeck.; nom.*): c 1.5
nauta (*nom.*): f 14.4
nec: f 8.10; 19.6; c 1.9; 8.1; 8.2
necis: c 5.6
ni: c 3.7
Nilus: f 9.1; 12.β.6; * 12.γ.4 (*Baeck.*); -lo (?): f 3.10
nimio (*dat.*): c 3.8
nisi: uid. ni
* noluisse: c 3.4
nomine: c 4.6
* non (*Baeck.*): f 12.β.4.
[*nos*]: nobis (*dat.*) f 16.α.6; * nos (*Ciamp. Ellis*) (*acc.*) c 2.4
nostrae (*gen.*): c 4.6
* noti (*gen.*): f 4.β.5

* noua (*Ellis; nom.pl.*) c 7.5; * -os f 10.6; * -ua (*acc.*) 7.8
nox: * f 7.7; 9.3; c 8.6
* noxia (*nom.sing.*): c 5.1
nube: f 14.9
* numina (*Baeck.; nom.*): c 1.2
nunc: * f 10.2; * 12.β.7; c 2.9; * 4.3 (*Ciamp.*)

* obscena (?) f 4.α.4; * obscen . . . 6.1
obsessis. obsidione: uid. ops-
* obstantis (*acc.*): c 1.9
* obterere (*Ciamp.*): c 8.1
occulta (*nom.sing.*): c 7.3
ocius (*adv.*): c 6.6
omne c 5.8 (*bis*); -nis (*acc.*) 4.7; * -nibus (*Kreyss.; abl.*) 4.2
* onerare: c 3.3
* oppugnato (*Kreyss.*[1]: *abl.*): c 1.4
opsessis (*dat.*): c 1.8
opsidione: c 8.2
orbes (*acc.*): c 8.5
* orta (*nom.sing.*): f 9.4
[*os*]: * ore f 1.α.2; *ora (?) 15.β.7

* par (*Ciamp.*): c 2.6
paratu (*subst.*) c 5.6 -tus (*acc.*) 8.4
parens: f 2.5
parat f 2.3; * -rantur c 5.3
pars f 9.9; c 3.6; 6.5; 6.6; * parte 7.6; *-rtis (*acc.*) 4.7
* Parthos (-thica *Ellis*): c 4.5
parua (*nom.f.*) c 6.5; -rua (*abl.*) f 8.4; * 16.γ.1
patet f 12.β.5; * *ib.*
* pater: c 1.4
patriae (*gen.*): c 7.7
* patriis (*dat.*): c 2.3
* pectora (*Kreyss.*) (*acc.*): c 6.1
pedestria (*acc.*): c 8.3

* pellit f 9.8; -llere 14.3
* Pelusia (?) f 15.α.4; (*acc.*) c 2.5
* pendente: c 6.2
per f 5.7 (?); c 1.5; 1.6
perculit (*Ciamp. Baehr. Ries.*[1]): c 6.4
percita (*nom.f.*) (*Fea*): c 6.4
* percipiens (*Morg.*); c 6.4
* percutit: c 6.4
* perfodit (*Kreyss.*) (*praes.*): c 6.1
* Phariam c 1.3; * -riis (*dat.*) 4.5; Phar...: f 13.2
plebes c 2.9; -bem f 2.4
* pompa (*Merk.*) (*abl.*): c 5.6
pondere f 8.7; * 13.8; * 14.2; -ndera (*acc.*) f 16.α.7
ponunt: c 8.3
* portam (-ta *Kreyss.*) c 1.4; -tarum 8.1
* portus (*Morg. Kreyss.*) c 1.4; * -rtu (*Kreyss.*[1]) *ib.*
posset f 7.4; c 4.5; * posse (*Ciamp.*) 4.3; * potuisse (*Kreyss. Ries. Baehr. Baeck.*) 3.4
* post: f 11.6
* potens: c 1.6
* potentia: c 2.10
* potius (*Ciamp.*): c 2.5
praeberet: c 5.2
praecipe: f 16.α.6
* praemia (*Kreyss. Baeck.*) (*nom.*) c 2.3; * (*nom.*) 2.7
* precor: 12.β.8
pressis (*abl.*): c 6.7
pro: c 4.6; 8.3
procul: c 7.3
* Proculeii (*Heyne*): c 7.3
* proelia (*Ciamp.*) (*nom.*) c 2.3; * (*acc.*) 1.4
profatus: f 6.9
* progressa: f 2.10
* prona (*Merk.*) (*nom.pl.*): c 2.7

[*prosum*]: profuit f 6.5
* proxim...: c 1.2
* puppis: f 4.5

qua (*adu.*): * c 4.3 (*Ciamp.*); * 7.5
* quaerere: c 4.3
qualis: c 5.3
quam: c 2.4
* quantam (*Baehr. Ellis Baeck.*): c 7.5
-que: * f 2.4; 2.9; * 2.10; 3.6; 3.8; * 4.β.5 (*bis*); 5.3; * 8.8; 10.7; 11.8 (?); * 12.β.5; 12.β.6; 20.11; 27.1; c 1.6 (*bis*); * 2.2 * 2.3 (*Ciamp.*); 4.4; 4.6; * 5.1; 5.2; 5.4; 6.3; 6.8; * 7.1 (*Baeck.*); 7.9; 8.3; 8.4
* queri...: f 4.β.6
[*qui* (rel.)]: qui f 16.γ.4; * c 4.5; 4.6; quae (*nom.s.*) f 8.9; * 12.β.10; 19.2 (?); c 4.2; quem f 4.β.7; c 1.5; quam f 8.2; * 8.3 (?); *quo (*Baeck.*) c 1.2; quae (*nom. pl. n.*) c 2.7; quorum f 9.7; quibus (*dat.m.*) f 2.5
quodcumque (*acc.*): f 28.1
quid (*adu.*): * c 2.7; * *ib.* (*Merk.*)
* quies (*Fea*): c 7.6
1. [*quis* (indef.)]: * quos (*Baeck.*) c 2.4
2. [*quis* (interr.)]: quae (*nom.s.*) c 3.6; 3.7; quam c 7.5; quid (*acc.*) * c 4.8; quibus (*dat. uel abl.f.*) 4.8 (*bis*); * quas 4.3
quo: f 12.β.4; 16.γ.2 (?); * c 5.1
* quod (*Baeck.*): f 12.β.4
quondam: * f 16.α.5; c 2.8
quoque: c 2.9

* rapida (*nom.s.*): f 8.1
* rapitis (*Pis.*): c 2.7
regina f 1.β.6; c 7.3
regia (?): f 1.β.2; * regia (*Baeck.*) (*abl.*) c 2.9
* regnis (*dat.*): c 4.5
* remotas: f 10.7

* res (*Heyne*) c 7.3; rerum 1.6
reuocauerat c 8.5; fuerat reuocata 7.6
ritu: f 1.β.9
* Romam (*Fea*) c 2.10; Romana (*nom.s.*) 2.10
* roseis (*Baeck.*) (*abl.m.*): f 12.β.5
ruina (*abl.*): f 16.α.4

sacra (*acc.pl.*): f 1.α.9
saepe: c 4.2
saepis (*gen.*): f 7.8
saeua (*nom.pl.*): c 5.5
* sancta (?): f 3.9
* segnis (*acc.f.*): c 4.3
semper: * c 1.2; * 5.7 (*Fea*)
* senatus (*gen.*): c 7.6
* sensus (*Baeck.*) (*acc.*): c 7.1
* sequitur c 2.1; * secutus (-quutus *Ciamp.*; -cuti *Kreyss.*[1]) 1.5
* Seres (?): f 10.3
* series (*nom.s.*): c 3.7
* sermone c 7.2; * -nibus (*abl.*) 4.2
seu: * c 6.4 (*Fea*); 6.5
si: * c 2.4; * 4.5 (*Kreyss. Ellis Baeck.*)
sic: f 8.6; c 5.7; 7.2; 7.9
signa (*nom.*) c 5.4; -gna (*acc.*) 7.9
simul: c 5.[illegible]
sine: c 6.4
situm: f 2.8
* socia (*Kreyss. Pis.*) (*abl.*): c 2.9
solio (*abl.*): c 6.9
sollemnis (*acc.*): c 8.5
solutae (?): f 3.5
sola (*sing.*): f 8.8
somnum: c 6.3
spectacula (*acc.*): c 5.2

* spreuit: c 4.6
* spes f 2.7; * 16.α.4; * spem (*Baeck.*) c 4.6
* statuit (*Fea Kreyss.; Ries. Baehr. Ellis*) (*perf.*): c 4.6
strages (*acc.*): c 6.9
subiungere: c 4.5
subruitis c 2.8; * -ruta (*Ellis Baeck.*) (*nom.pl.*) 2.7.
* succedunt: c 2.3
* succurrere: f 10.8
[*sui*]: sibi * f 2.7; * c 2.9; se (*acc.*) 7.2
[*sum*]: est * f 2.5; 3.6; * c 4.2 (*Fea*); 4.4; 4.8; erat c 1.5; * 2.6 (*Ciamp.*); * 2.8; fui (?) f 12.γ.1; fuit * c 3.7; fuerat f 13.5 (?); c 7.6; fores 3.5; * futur... (*Baeck.*) f 12.γ.1
* summum (?) f 1.α.8; * summa (*Merk.*) (*abl.*) c 2.9
super: * f 8.9; * c 2.5 (*Kreyss. Fea*)
* superans c 2.5; * -nte (*Merk.*) *ib.*
* suprema (*Kreyss.*) (*nom.pl.*): c 7.5
[*suus*]: suae (*gen.*) c 5.2; 7.7; * sua (*Ciamp.*) (*nom.pl.*) 7.5; * suorum 2.6; * suis (*Ciamp. plerique*) (*abl.f.*) 6.2; sua (?) f 5.7

tali (?) f 16.γ.5; * -lis (*acc.m.*) c 8.4
tamen: * c 4.3 (*Ciamp.*); 8.2
* tandem: c 2.10
* tanta (*nom.f.*): c 3.6
tellus: * f 8.3; * 12.β.5
tela (*nom.pl.*): c 5.3
* temptanda (*acc.pl.*): f 12.β.4
* tendit: f 1.β.8
* tenui (*abl.n.*) c 6.6; tenu... f 13.7
ter: c 7.6
terris (*dat.*) c 2.3; 4.8 (*dat. uel abl.*); terras * f 10.7; 15.β.2
* terrestribus (*abl.n.*): c 5.4
* terror c 7.9; * -ore f 20.7
* tertius (*Baeck.*): c 1.4
* thalamos: c 3.3

* timuerunt (*Baeck*): f 12.β.4
timoris: c 5.8
* toro (*Merk.*) (*abl.*): c 6.8
totidem: f 2.9
totum (?) f 10.4; toto 12.β.5; totu... 10.3
* tractando (*abl.*): c 1.7
trahitur: c 6.3
* tranquillis (?): f 1.β.4
* tremulam (*Fea*): c 2.10
* tristia (*acc.*): c 5.2
* triumphos (*Ciamp. Kreyss.*[1] *Baeck.*): c 3.4
tu: * f 12.β.10; c 3.5; tibi f * 12.β.7
tubae (*nom.pl.*): c 5.4
* tum (*Baeck.*): c 6.1
* tumet: c 6.1
* tumultus (*acc.pl.*): c 3.4
turba: c 5.1
turribus (*dat.*): c 1.8
* tuti (*Merk.*) (*nom.pl.*): c 8.1

uacat: f 12.β.6
uagabatur c 5.8; * -ntem 7.4
* uario (*abl.*): c 5.6
* uel (*Baeck.*): f 12.β.5
uenis (*abl.*): c 6.7
ueneni * c 6.1 (*Baeck.*); 6.5; * -eno (*abl.*) 6.1
uenit (*perf.*) c 7.8; -niens f 10.4; ueni... 11.3
* Veneris (*Ciamp.*): c 4.2
* uerbis (*Ellis Baeck.*) (*abl.*): c 2.7
uere (*adu.*): f 2.9
uertunt: f 16.α.7
* uestris (*Kreyss.*[1] *Baehr. Ries.*[1]) (*abl.*): c 4.2
* ueteris: c 4.2
* uetustatis: c 3.8

uetusti (?): f 3.9
uictrix: c 2.9
uidebat c 7.3; -disse 3.4; est....uisa 5.5
uincit f 14.6; uicit 4.β.4; * uictis (*dat.*) 12.β.4
uindicat: c 2.10
uiforum: * f 12.γ.13 (*Baeck.*); c 3.6
* uirgineos: f 2.3
* uisit (*Baeck.*) (*praes.*): c 1.3
uitae (*gen.*): c 4.4
* uiuos (*nom.*): f 2.5
* uix (*Ciamp.*): c 2.6
* ullum (*n.*) f 7.5; ull... 22.3
unda (?) f 7.3; undis (*dat. uel abl.*) c 4.8
* undique: c 5.7
una (*nom.*): f 16.γ.4
* uolnere: c 6.5
* uelit: c 4.8
* uoluit (*uoluo, praes.*): f 11.7
urbem: c 8.1
* ureret: f 7.3
* usque (*Merk.*): c 2.7
usus (?) f 6.3; * usum c 1.6; * usus (*acc.*) f 10.6
ut: f 8.1; 15.β.2; 22.4
* uterque: f 2.5; utraque (*nom.*) c 8.5
* uulgus (*Baeck.*) (*nom.*): c 1.9
uulnere: uid. uoln-

* zephyri (*nom.pl.*); f 8.2

INDEX GRAMMATICVS

accusatiuus plur. -is: exsanguis c. 4.4; instantis c 5.3; * obstantis c. 1.9; partis c. 4.8; segnis c. 4.3; sollemnis c. 8.5; talis c. 8.4.
Araxys: f. 6 n.
Atropos (*primum in litteris latinis*): c. 7.4.
attractio litterarum non fit: * adcedunt (*Ciamp.*) c. 2.3; * adfiatu c. 6.4; adportat f. 10.6; * adsiduos c. 1.7; * adsiliens (*Ciamp.*) c. 1.9; adsumit f. 2.9; inlita c. 6.5; inpuberis f. 2.4; opsessis c. 1.8; opsidione c. 8.2 (*fort.* * inmiscet f. 2.4).
etiannunc: c. 4.3.
interemit: c.6.6.
nominatiuus sing. -uos: * adsiduos c. 1.7; grandaeuos c. 1.5; * uiuos f. 2.5.
* sequutus (*Ciamp.*): c. 1.5.
simul + *abl.*: c. 5.4.
tempora: noluisse...uidisse c. 3.4.
uolnere: c. 6.5.